













1762.

1. Pötel, Fridericus Wilhelmus: Selecta et illustranda  
jus publicum et private Lippicium.

1766

1. Fuersteman, Anton Godefr: Rerum acad.; qua  
locutio praedictorum domanialium ab iniquis  
recentiorum oeconomorum censuris vindicatur.

1767.

1. Wippermann, Anton Gustidicus: De fundamento et  
indole juris exclusivae maxime ejus, quae  
Caesari Augustus hodiernam ubi potest, quando  
capitula Germanica in eligendo praesent  
sunt occupata.

1768

1. Noeckert, Joann. Nicolaus: De praetoribus  
obligatione ea jure Romano per statuta  
Hamburgensia nunquam abrogata

1769.

1. Moeller, Reinh. Abrah: De jure subditorum emigrandi cum principis extra tabulas pacis Westphalicae restricto.
2. Moeller, Reinh. Abrah: De judiciis inferioribus Hassiacis.
3. Wippermann, Carolus Gustavus: De jure aggregandi.

1773.

1. Muckermann, Anton Franc. Otto: De utilitate studii juris in rationario . . . addito vltimo curriculo.
2. Wippermann, Carolus Gustavus, Ord. Leg. decanus: Programma, quo ad tractanda insignia magistratus academici Caroli Ernesti Furstenbergi invitatur.

1775

1. Wippermann, Carolus Gustavus: Anus rethorice juris inter regentes et non regentes s. proceres gentes et postgenitos controversarum, prore



1773  
Inmerendum stehent unguet sit?

1778

1. Wippermann, Cordus Curt: De vera indole, fine et affectu cantionis ab appellante praestandae secundum jus Hamburgense.

1782

1. Mueckert, Francus Nicolaus: De culpa rerum praestantium in contractibus.

1785

1. Bucher, Francus Petrus: De in fan'tes d'o a matribus in recens natos infantes commisso et quibus iam eos impediendi remediis.
2. Claver, Cordus Gottlieb David: Diploma, quo fac. jur. Cordo Gottlieb David Clavero privilegia iurium doctoris tradit.

1786

1. Schmalz, Theodor H. d.: De jure alienandi Territoria

1787.

1. Grube, Carolus Otto: Legum Hassiae Camellona  
circa communione non bonorum inter conjuges  
vicissitudines.

\*  
2) Harsen d'amp, Johann Matthaeus: Prorector  
cancellarius cum senatus academicae Hassae  
Thamulurgicae primum memoriam Johannis  
Graei Harsen campi commendat

1798

1. Grube, Carolus Otto: Memoria Johannis Christoph  
Vici de Springer academica nomine scripta

1804.

Holzappel, Johann Tobias Gullub: Erklärung der  
Stelle Philipp I. - 8. Jan Feiertag des Geburtsfestes  
Wilhelms IX, Landgrafen v. Hessen.

1803

Ma  
Su  
des  
Erh  
Gra  
La  
Hof  
mici

Wipf  
sin  
Kir  
for



1803.

Holzappel, Johann Tobias Gollub: Sollte wohl  
Salomo der Gegenstand des 2ten Buches mit  
der Verfertigung dieses Liedes in die Zeit seiner  
Erhebung zum Königsstuhle zu setzen seyn?  
Einladung zur Feiern des Geburtsfestes Wilhelm I  
Landgrafen zu Hessen.

Holzappel, Johann Tobias Theophilus: Senatus acad.  
mici nomine memoriam Caroli Godfredi Furstke.  
man commendat

Wippermann, Johann Georg Lorenz: Anstellung  
eines zweckmäßigen (Classification der Repari-  
turfälle. Einladung zur Feiern des Hoffungs-  
festes der Insubrischen Universität.

1810  
Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is extremely faint and illegible.







*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*







700

I

I

H

I





Fol. Vn. 29.

113  
1762, 1.

SELECTA  
AD ILLUSTRANDUM  
IVS PUBLICVM  
ET PRIVATVM  
LIPPIACVM

AVSPICIIS  
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI  
DN. FRIDERICI  
HASSIAE LANDGRAVII PRINCIPIS HERSFELDIAE  
COMITIS CATTIMELIBOCI DECIAE ZIEGENHAINAE  
NIDDAE SCHAVERNBERGI ET HANOVIAE  
RELIQVA  
RECTORIS ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMI

PRAESIDE  
FRIDERICO WILHELMO  
PESTEL P. P.  
AD D. VI APRILIS MDCCCLXII.  
PVBlicae DISQUISITIONI  
SVBMISSA DISSERTATIO  
CHRISTOPHORI FRIDERICI BERNHARDI  
CRONEMEYERI

HORNA LIPPIACI.

RINTELII TYPIS IOH. GODFR. ENAX A. T.











## COROLLARIA.

I.) *Attributis iuris, tum publici, tum privati, ex consuetudine nati, minus recte accensetur multitudo actuum, et tacitus regnantium consensus.*

II.) *Liberales ex alieno, praeter fas, sunt legum interpretes et iudices, qui tacitam hypothecam, ecclesiae alisque corporibus in bonis administratorum vel debitorum tribuunt, eaque doctrina tanto minus probari meretur, quo certius est, tacitas hypothecas in uniuersum, iuris fauore dignis, et benigna interpretatione extendendis, non esse annumerandas.*

III.) *Sententia in causis connubialibus lata, nec, utriusque neque alterutrius, dolo elicitā, neque in poenam absentis, sed vere non contumacis, pronuntiatā, transe in rem iudicatam. Sit et fauori matrimonii suus modus, isque tranquillitati publicae consentaneus, quam incerta et veluti precaria rerum iudicatarum auctoritas conuellit.*

III.) *Sola litis contestatione non inducitur m. f.*

V.) *Praescriptio, quam uocant, extinctiua, seruitutum et actionum personalium non desiderat b. f.*

VI.) *Cleuicis fideiussione leges non interdiciunt. Nov. 123. c. 6<sup>o</sup> a tali eos fideiussionis genere arceat, quod ipsos a sacris negotiis distrahant in quibus ut mentem penitus desigant et sursum erigant, leges postulant.*

VII.) *Privilegia non usu interire, simpliciter affirmari nequit.*

VIII.) *Fuisse regiones, in quibus praua consuetudo uiguerit, ut eius euangeliū, seu primi concubitus cum uxore hominis proprii, domus praediorum affereretur, negare non ausim, et refert BOERIUS decif. 297. n. 17. parochum in curia Bituricensi appellatione interposita, sibi ius primum cum sponsa concumbendi arrogasse, sed consuetudinem pro nulla declaratam, ipsumque poena affectum fuisse. Verum originem iuris exigendi penitenciam, quae dicitur Bumedē, Bedemund, a tali nefario more dicere nolim, cum castitas Germanorum, apud quos plus bonos mores, quam Romae bonae leges ualuisse, credimus TACITO, a tanta corruptela abhoruerint.*

Prae-





*P*raefens mente tuis applaudo laudibus, ori  
Dum fortuna meo fundere vota negat.  
Quid celebrem? incoctum constanti pectus honesto?  
Doctrinae celebrem pignora certa tuae?  
Gratulor haec decora, et summum Numen adoro,  
Sis felix, faustus! Commoda mille fluant!

Praenobilissimo Domino Respondenti amicitiae perpetuae tesseram apposuit

C. H. PESTEL,  
A. G.

---

*P*raeside PESTELIO, Astraea ac faurice tegente,  
Docte in non dubiam palmae descendis arenam.  
Non contentus eras coluisse fideliter artes,  
Sed primos patriae fructus sacrare volebas:  
Lippiadum hinc studio solerti iura resolvit.  
Gratulor hoc specimen. Summum Tibi Numen adesse.  
Voueo. Pro meritis contingant praemia. Laetos  
Et sine nube dies videas, felixque perennes!

His Honoratissimo Domino Respondenti,  
Amico ac Conterraneo suo Suavissimo,  
haud fucata adductus amicitia, applaudere voluit

I. C. ZIEGLER, Phil. cultor.  
Horna Lippiacus.





## Sectio I.

### Ius Publicum illustrat.

§. I. DE REBUS IN COMITATV LIPPIACO GESTIS  
SAECVLO POST C. N. PRIMO.



uenit agris Lippiacis, quod in vniuersum  
vetustis Germaniae populis, vt, quos lite-  
rarum ignorantia, et mercaturae in ex-  
ternorum finibus penuria, longa nocte  
sepulturae erant, illos bellici casus aperue-  
rint. Roma, tot gentium obnoxiarum,  
aut comiter eius maiestatem colentium,  
vel seruitute, vel societate, satis prospera, nec satiata tamen,  
etiam post *IULII CAESARIS caedem*, in huius honorem,  
sub *AVGVSTO*, *Germaniam magnam trans Rhenanam, populos  
inter Rhenum, Visurgim, et Albim*, prouinciam facere concu-  
puit, magnis plagis subinde contusa triumphauit,  
nunquam domuit. *DRVSVS*, *TIBERIVS*, *VARVS*, *GER-  
MANICVS*, iisdem fere itineribus, quae Galli anno 1757.  
territorium Hannoueranum inuasuri, tenuerunt, interius  
penetrarunt. A Rheno inferiori, ex *Cluuentibus* terris, ad  
*Paderbornensem* praecipue tractum, agmina duxerunt:  
in quo *castellum Aliso*, locum commodum, ex quo inuade-  
rent finitimos, et in quem pulsi se reciperent, (*quem nunc  
arx Neubaus, et pagus Elsen, implent*) iam *Drusus* extruxerat.  
Ex illo tractu per *Lippiacas terras* ad *Visurgim* progressi,  
*Cheruscis*, cis et trans illum habitantibus, arma intulerunt.

A

Quod



Quod consilium Westphalos et Saxoniam inferiorem subigendi, nulli peius successit, quam QUINTILIO VARO, qui excidio suo Lippiacae regioni monumentum aere perennius posuit. Is, ingenio mitis, ut ait VELLEIVS, (a) moribus quietus, ut corpore et animo immobilior, otio castrorum, quam bellicae adfuerat militiae, pecuniae adeo non contemtor, ut cum Syriam, cui praefuerat, pauper ingressus fuisset, diues pauperem reliquerit, tuta esse omnia, tanquam media in pace, ratus, ad Visurgim propius progressus, salubre Segestis consilium inexpiabili imprudentia aspernatus, media aestate anni post C. N. 9. (diem velut ex compacto scriptores non definiunt) (b) opinione citius fenfit, se a Germanis, quos putauerat esse homines, qui nihil praeter vocem membraque humana haberent, virtute aequari, calliditate superari. Implicitus hostium undique ingruentium adsultibus, pedem refert. Quorsum? Recte, ni fallor, suspicatur FEINIVS, (c) a Visurgi, cui propius accesserat, ad Rhenum, et, priusquam hunc terminum contingere liceret, ad castrum Alifonis. Ab Emmera igitur ex finibus Pymontanis ipsum, per Teutoburgensem saltum, regressum esse, verosimilior est coniectura caeteris. Tres dies velitationibus et pugnis consumpti. Primi diei vestigia, prope Barentruppam et Schideram, recenset, ac non contemnendis argumentis adstruit FEINIVS,

secun-

(a) Histor. II, 117.

(b) Sunt, qui ex FLORO IV, 12. colligunt, fuisse IV. Non. Sextil. eundem diem, quo Romani Cannensi praelio fusi erant, quos refellit CASAVE. ad Sueton. Aug. c. 23.

(c) Sammlung der Preys- und einiger andern Schrifften über die von der Academie vorgelegte Frage, wie weit die alten Roemer in Deutschland eingedrungen. Berlin 1750. p. 52. seqq.



*Secundi* ignorat, loca, quibus *tertio* die ad interneccionem  
 deletus fuit exercitus, et Varus sibi ipsi manus intulit,  
 nummi istic effossi, quos exhibet WÄSSERBACH, (d) et,  
 quales se *Lemgouiae* vidisse, testatur HAMELMANN, (e)  
 atque arma non ita pridem a villico *Wantruppen*si erura, de-  
 signant. Nempe, agmine per *Teutoburgensem saltum* ducto,  
 si non tum in eo loco constitit, quem nunc pagus, 50 aedes  
 complexus, occupat, cuius, cum praediis adiacentibus,  
 ambitus circiter fere iugera conficit, et *Feld Rom* etiam-  
 num appellatur: certe haud longe diffusus est campus,  
 500 iugerum, tellure constans alba argillacea, (id quod  
 relationem DIONIS firmat) qui in hunc usque diem vi-  
 ctoriae memoriam nomine suo, *das Winfeld*, conseruat.  
 Praeterfluunt duo riui, quorum alteri nomen est *de rode*  
*Beeke*, alteri *de Knoke beeke*. Inde, nisi tempestat et au-  
 dax hostium impetus obfuisse, patebat receptus per  
 planitiem, vulgo *die Senne*, ad *Alifonem*, et dispositum  
 istis in finibus *Asprenatem* cum duabus legionibus, qui, hoc  
 tristi nuntio accepto, paucos, qui vel celeritate cursus,  
 vel interueniente fratagemate *tubicinum* quorundam, e-  
 uaferant, insectantium manibus eripuit. Igitur in  
 campo, qui *Horna*, oppido *Lippiaco*, ne quidem integro  
 milliari distat, vltima manus admota fuit ad excindendas  
 3 legiones, totidem alas, 6 cohortes, exercitum, vt inquit  
 VELLEIVS, omnium fortissimum, disciplina, manu, experientia-  
 que bellorum, inter Romanos milites principem. Per multos  
 splendidissime natos tum fortuna depressit, inquit SENECA,  
 alium

(d) De statua *Harmini* vulgo *Hermensul*. *Lemgov.* 1698. p. 94.

(e) Opera genealog. hist. p. 392.





alium ex illis pastorem, alium custodem casulae, fecit. Quam infesta Romanis, quam gloriosa ARMINIO fuerit, quam prospera Germanis, si victoria uti didicissent, esse potuerit, feralis ista clades, trepidatio in vrbe ciuium, et AVGVSTI ingens et indignatio, et sollicitudo, fidem faciunt. Taceo *superstitionem vulgi*, quod, ut ait MANILIVS, *ardentia coelo lumina atrocissimae calamitatis praesagia fuisse, sibi persuadebat.* AVGVSTVS, *excubias novas indixit, ne tumultus orireretur, per continuos menses barba capilloque summissis, foribus interdum caput illisit, diem cladis moestum quotannis et lugubrem habuit, Ioui, ut factum erat bello Cimbrico Marsicoque, magnos ludos vouit, si rempublicam in meliorem statum vertisset: quorum votorum ut damnaretur, et Germania triste caput pedibus magni ducis (Tiberii) supponeret, optavit OVIDIVS, (f) quem eodem cladis anno in exilium miserat.* Rebus fere desperatis aliquam confestim medelam allaturus, *libertinum militem, quo alias uti non solebat, praeterquam Romae incendiiorum causa, et si tumultus in grauiori anmona metueretur, ad tutelam ripae Rheni fluminis coegit, cumque nemo fere ciuium nomen dare vellet, qui militari aetate esset, in iis, qui nondum 35 annum attingissent, quintum, ex natu maioribus decimum, sorte ducta, bonis priuatum ignominia notauit, et cum ne sic quidem obedirent, quosdam morte multauit, Germanos peregrinantes, vel ministeriorum obeundorum causa in Italianam profectos, vrbe exterminauit, armatos in insulam misit.* Restaurauit quodammodo rem Germanicus, (g) sub principatu TIBERII. Is anno post C. N. XV in terris *Monasteriensibus per Stertinium vndeicesimae legionis aquilam,*  
cum

(f) Trist. III, 12, 45. (g) V. TACIT. annal. II, 16.



cum Varo amissam, vti deinceps a. xvi. in *Marsorum* finibus defossam *Varianae legionis* aquilam, recuperavit, quam ob rem *arcus propter aedem Saturni dicatus, nummiq[ue] cusi b.l. signis receptis, deuictis Germanis.* Vastatis A. 15. inter *Amisiam* et *Luppianam* regionibus, inuisit campum victoriae, Ill. legionum ossa condi iussit, *primumque extruendo tumulo cespitem* posuit, (cuius facti indignitatem redarguit **TIBERIVS**) quem Germani A. 16. disiecerunt. Vtut eodem anno **XVI.** insignem ab *Arminio* et *Inguimero* victoriam reportauerit in campo *Idistauiso*, quem in *finibus Schaumburgicis* prope *Oldendorpium* inuenisse sibi visus est **CLVERVS**, contra **FEINIUS** eundem esse censet, quo anno 1757 *Galli cum Germanis federatis* conflixerunt: vtut altera pugna paulo post secuta, *vel prope Lockum, vel prope Dummeram, et vicum Damme, non procul a planitie Wittefeld, in Episc. Osnabrugensi,* (quae est coniectura **LODTMANNI**) (b) iterum superior discesse: id tamen vere affirmaueris, post cladem *Varianam* magis huius vindicandae caussa, quam spe proferendi imperii, ad *Visurgim* penetrasse Romanos, et post *Germanici*, ab inuido *Tiberio* Romam, vbi A. C. 17 superbe triumphauit, reuocati, recessum, sibi ab aggressionem populorum *cis et trans Visurgim habitantium* temperasse, quos vincere rarum, nec incruentum, refinendi in potestate, et domandi spem virtus horum inexpugnabilis, et regionum situs, praescindere, imo secunda belli fortuna nullum reipublicae commodum, praeter inanem ostentationem, afferre videbatur. Hinc **CLAVDIVS** *Corbulonem, Chaucos* aggressurum, cohibuit, et A. C. 47. *praesidia cis Rhenum* referri iussit. (i)

§. II.

(b) *Monum. Osnabr. p. 26. seqq.* (i) **TACIT.** *Annal. XI. 20.*



§. II. EVENTVS IN HIS TERRIS MEMORABILES QUIDAM  
AD SAECVLVM VSQVE XI. DELINEATI.

Ex quo tempore Romanos ab audaci ad oras *Visurgis* accessu vestigia deterruerunt, et firmiorem illi in mutuo Germanorum odio, tranquillitatis suæ spem ponere cœperunt, quam in suis ipsorum viribus vincendi fiduciam: (a) memoria regionum ad *Luppianam, Werram, Ambram, Visurgim*, sitarum, tenebris mergitur. Non defuerunt vates sacri eius aevi heroibus: sed carmina, quibus *Arminium*, (cuius aeternum nomen arx vetustissima in Comitatu *Lippiaco*  $\frac{1}{2}$  milliari a *Schidera* ostentat, atque ab accolis vocatur *Harminsburg*) et reliquos duces celebrarunt, temporum iniuria intercepti. Sensim surgunt gentes, in vnam *Francorum* nomine conflatae, ad *Rhenum* confident, hoc traicecto *Belgicam* occupant, mox in *vniversam Galliam*, quam *Romani* vocant *Transalpinam*, latius effusi, sedem figunt, tantisque elati successibus, in patriam arma pari fortuna conuertunt. Interim *Saxones* antiquum in *Holsatia* domicilium promouent, *Francis* succedunt, et terras inter *Albim, Visurgim, Rhenumque* inhabitare incipiunt. Quo facto diuiditur *Saxonia* in populos *Westphalos, Ostphalos* (quorum terrae interdum, abiecta priori syllaba, simpliciter *Falben* dicuntur) et *Angarios* intermedios. (b) Horum fines designauit *FERDINAND. a FÜRSTENBERG Episc. Paderbornensis*, (c) quam ichnographiam emendauit ill. *GRYPEN*. (d) Terras *Lippiacas* sub *Angariis*,  
iisque

(a) TACIT. de mor. Germ. c. 33.

(b) SCHATENIUS hist. Westphal. p. 420.

(c) Monum. Paderborn. p. 78.

(d) Orig. g. Pyrmontanae et Sualenbergicae ad c. I.



iisque *occidentalibus*, comprehendi, situs demonstrat. Franci non poterant ferre pares, tentatam postulatamque deditioem respuebant Saxones, hinc perpetua contentionum, inter vtrumque populum conterminum, fege. Tandem, quod *Germanicus*, post pugnam in *campa Idistauso*, (§. 1.) monumentum struxerat, cum hoc *superbo*, vt ait TACITVS, (e) *titulo, debellatis inter Rhenum Albinque nationibus*, id vere conuenit CAROLO M. Is quidem, incensus cupiditate imperium Francicum Oceano terminandi, dicam? an euellendae, vt prae se ferebat, religionis a Christiana alienae, bellum aduersus Saxones a. 772 in comitiis decernit. Eodem plerumque itinere, quo Romani ad Visurgim contenderant, agmen duxit, *Alisonem* (§. 1.) restaurauit, *Paderbornae* saepe commoratus fuit, et ex his finibus, per terras Lippiacas, aduersus *Wittekindum* et reliquos Saxonum duces, ad Visurgim subinde processit. Ex duobus, quibus in vniuerso 33 annorum bello ipse dimicauit, praeliis, alterum anno 783 *iuxta montem, qui Osneggi dicitur*, inquit EGINHARDVS, (f) in loco *Thietmelle nominato*, (hodie Detmold) (g) commisit, eoque, et altero post interpositos paucos dies, ad *Hafam fluium*, (h) ita terruit Saxones, vt ab eo tempore non aliter, quam propugnatione munitionum, victori resistere auderent. Anno sequente 784 *Skidrioburgi natalitium Seruatoris festum* egit, et deinde *Remam*, vicum in praefectura *Vlotana*, iuxta quem *Wabar-*

(e) *Annal. II, 22.* (f) *De vita CAROLI M. c. 8. REGINO ad. d. a.*

(g) *SCHATENIVS hist. Westphal. p. 484. SCHMINCKIVS ad d. l. EGINHARDI.*

(h) *De loco pugnae ambigitur. v. LODTM. mon. Osabr. p. 66. sqq.*





*Wabarna (Werra)* in *Vifurgim* influit, et ad quem pater ipse *Pipinus* a. 753. victricibus signis peruenerat, populandi animo accessit. (i) Quamuis proxima his aetas, velut caligine quadam inducta, inuoluatur: tamen verosimile est, eandem *Lippiacarum* terrarum, atque vniuersae *Saxoniae*, (in primis *Angariae*) quoad iura, leges, et instituta, conditionem fuisse. Vti in pagos *Saxoniam* isto tempore distributam, eosque sensim a saeculo inde *XII.* abolitos, ac hereditario Comitatum, plures simul pagos moderantium, imperio veluti absorptos fuisse, constat; ita nec defuit in *Lippiacis* regionibus talis plurium locorum complexio sub generali appellatione *pagi, der Gow.* Inter hos prae caeteris animaduerti meretur pagus *Thietmelle*, qui tum *Brockhusen*, *Schmedissen*, (*Smedissen*) *Aldenthorpe*, *Remikenhusen*, *sylvulam Bennenberge*, (k) complexus fuit.

§. III. DE ORIGINE COMITATVS LIPPIACI EX COMITATV HAHOLTZ AD ILLUSTRANDAM HISTORIAM SAEC. XI.

Quomodo complures, in quos hae regiones antiquitus diuidebantur, pagi in vnum veluti corpus coaeruerint, obscurum erit, quam diu maior monumentorum, in tabulariis latentium, copia non promerur. Sunt tamen, qui Comitatum *Lippiacum* ex Comitatu quodam *Haholtz*, quem saeculo *X.* exeunte, certe ineunte *XI.* extitisse perhibent, natum fuisse, sibi, cum *PIDERITIO*, (a) persuadent. Sed diffident huic relationi, qui ex antiquitate *Germanica* perspectum habent, quam eo acuo inusitata

(i) *Annales Francorum* apud *REYBERVM* ad d. a.

(k) *Cel. GRUPE Origines Pyrmont.* p. 9.

(a) *Chron. Lipp.* p. 266. 303.



tata fuerint nomina Comitatum perpetua, quod horum demum originem ab eo tempore, quo iura Comitum hereditaria firmata sunt, repetere possis, quod contra in diplomatis Comes suo quisque nomine, sine appellatione regionum, quibus tum præesset, memorari solet. (b) Neque huiusmodi Comitatus, sed Comitatus cuiusdam Habolt, eius aetatis scriptores, meminerunt. Ita enim A. vitæ Meinwerchi, (c) IV. Idus Aprilis, inquit, (anno c. l. X.) in festo B. Gregorii cum Rege (Henrico S.) in villam Regiam, quae Tribura dicitur, Episcopus deuenit, ubi Comitatum, quem Haold, dum vixit, tenuit, situm in locis Haverga, Linga, Thiatmali, (§. 2.) Aga, (d) Patberga, Treveresga, Langanecka, Erpesfeld, Silbiki, Matfeld, Niterga, Sinatsfeld, Ballevan, prope Spriada, Gambeke, Gession, Siwardesbus, cum omni legalitate Rex ei in proprium dedit. (e) Et ipsum diploma, quod eum in finem ab Imp. HENRICO II. IV. Id. Aprilis, indictione nona a. c. l. XI. Triburae, in Regia villa, interuentu Cunigunde, exaratum legitur, similibus verbis conceptum est, et Comitatum, quem Habolt Comes, dum vixit, tenuit, situm scilicet in locis, Ganerge, Lemga cet. ea lege in Episcopum Meginwerck, eiusque successores, translatum esse testatur, vt. dehinc liberam habeat potestatem, de eodem Comitatu, eiusque utilitatibus, quicquid eis placuerit, faciendi.

§. III.

- (b) v. de GVDENVS Sylloge diplom. in præfat. p. 9.
- (c) in LEIBNIT. Script. rer. Brunsv. tom. 1. p. 524.
- (d) cf. MEIBOM. de pagis Saxonibus tom. 3. rer. Germ. p. 98.
- (e) Integrum diploma dedit SCHATENIUS annal. Paderborn. tom. 1. p. 394. seq.



§. III. DE ILLUSTRISSIMORVM COMITVM LIPPIACORVM  
PROSAPIA.

Non vacat, neque licet nobis, monumentorum robore destitutis, ex vetustate eruere memoriam, quam late primi patuerunt limites illius terrarum ambitus, quae antiquis nomine *der Herschop van der Lippe*, seu *dominii Lippiae*, (a) veniunt, cui primum Dynastiae subesse coeperint, quomodo et spatio, ac iuribus adnexis, creuerint. (b) Neque arctiores huius opusculi limites patiuntur, diuulsarum ab isto corpore partium, vel controuersiarum, quae de nonnullis iuribus cum finitimis agitantur, historiam pertexere. Id vnum afferre liceat, perantiquam esse Comitatus L. diuisionem *in duas partes, die Graffschafft disseits vnd ienseits des Waldes*. Comites cis siluam, in vico *Lage* sedem constituisse refertur: rudera certe arcis, quae a. 1408. iussu *Wilhelmi Episc. Paderb.* destructa fuit (c), ibi superesse, eiusque memoriam, nomina *die Burgstrasse, Burgkoten*, seruare, confirmatur. In exquirenda stirpe *illustrissimae familiae, clauum imperii in his regionibus tenentis*, certiorum omnino viam ineunt, qui vltra *Lotharii II. Imp.* principatum ascendere non audent, et a *BERNHARDO I.* feriem incipiunt, qui auspiciis eiusdem *Lotharii* strenue militasse, et in pugna ad *Welpsholtz*, a. 1115. boni ducis gloriam retulisse memoratur. Effusius coniecturis indulgent, qui cum *GELENIO* eandem esse *Lippiacorum*, atque

ALTE-

(a) v. vita *BERWARDI Episc. Hildes. c. 30.* apud *LEIBNIT. script. rer. Brunsv. tom. 1. p. 478.*

(b) de his accessionibus v. *IMHOF. not. proc. p. 104. seqq.*

(c) v. *SCHATEN. annal. Paderb. tom. 2. p. 488.*



ALTENANORVM Comitum originem rati, eam a nobilibus Romanis, cum colonia Agrippinensi in Germaniam delatis, repetunt, qui quod, *vsorum more*, parta mordicus tueri sole-  
 rent, VRSINORVM nomen acceperint, vel a MANLIIS, a RO-  
 SINIS, ortos esse affirmant, et primi Comitis constitutio-  
 nem Carolo M. vindicant. (d) Nostro qualicumque iudicio in vniuersum in huiusmodi inuestigationibus genea-  
 logicis praestat, nihil dici, quam nimium. Non indigent profecto familiae vetustissimae Dynastarum, tali deco-  
 rum suorum gentiliciorum, per se satis excelsorum, vel augmento, vel adminiculo, vt peregrina origine glo-  
 riantur. Ab hac expetenda longe abfuerunt veteres Germani, et, vt me iudice innuit TACITVS, (e) alieni a Romanorum, primordia augustiora apud externos quaerentium, sententiis, indigenae videri maluerunt, quam aliunde aduecti. Vtut sit, hoc indubia fide affir-  
 mari potest, ad quod vsque tempus origines huius illusterrimae gentis indagaueris, eam Dynastarum numero habitam, et nobilium Dominorum appellatione a *viris mili-  
 taris generis*, qui nunc nobilitatis inferioris nomine veniunt, sollicite distinctam fuisse. (f) Neque desunt historici, qui ipsos iam in commentariis saeculi XIII. appellauerint Comi-  
tes.

B 2

(d) Cf. praeter IMHOF. d. l. PIDERIT. *chronic. p. 217. seqq.* HARMELMANN. *app. gen. p. 393.* add. TESCHENMACHER *annal. Cliv. p. 425.* et von STEINEN *Versuch einer Westphäl. Geschichte part. 1. p. 83. seqq.*

(e) TACITVS de M. G. c. 1. iuncto cap. 4. p. 1.

(f) Exemplo sit diploma Bernhardi a. 1270. datum apud SCHEID. *hist. diplomat. Nachr. vom hohen und niedern Adel pag. 17.*





res. (g) Fateor tamen, diplomata *sec. XIII. XIV. XV.* data, quorum ipsi auctores sunt, quotquot vidi, titulum *nobilis domini*, solummodo praeferre. Eo enim aevo in tanto hoc nomen erat pretio, vt appellationi *Comitis*, in solennibus complurium diplomatum, a diuersis Comitibus exaratorum formulis, praemissum legatur. (b) Verustiores tituli *C. L.* in eo discrepant, quod nunc se *nobiles viros dominos de Lippia*, nunc *nobiles et dominos de Lippia*, nunc *nobiles dominos de Lippia*, in priuilegio Lemgouiensibus a. 1245 dato, simpliciter *de Lippia*, germanice, *Edelmann Iuncker van der Lippe*, aliquoties *Edler Herr tor Lippe*, inscripserunt. Appellatio *Iuncker, domicellus*, quae in multis instrumentis legitur, significat eum, qui nondum pro more eius aevi *miles* creatus esset, et iis etiam, qui imperii habenas in territoriis suis tenebant, tribui solebat. Monumenta a saeculo inde *XVI.* titulum *Comitis et nobilis Domini de Lippia, Graff vnd Edler Herr zur Lippe*, constanter seruant.

§. V. DE IVRIBVS FAMILIAE I. C. L. EXPONENDI FIT INTIVM.

Symbolam ad explanandum *ius publicum Comitatus L.* collaturi, in tres partes disquisitionem nostram dispescemus: 1) *interiorem illustrissimae familiae constitutionem, et iura, quibus, qui ad eam pertinent, inter se vruntur,* 2) *nexum huius Comitatus et cum vniuerso S. R. I. corpore, et speciatim cum quibusdam eius membris,* 3) *iura Comitum territorialia, contemplabimur.* 1) *Stemmatum, quae in hunc vsque diem supersunt, omnium sator est SIMON VI, qui a. d. 17. Dec. 1613. diem supremum obiit.* Ex huius filii

(g) Recensuit MEIBOM. *rer. Germ. tom. 1. p. 438.*

(b) SCHEID. *d. l.*





filiis SIMON VII. progeniem *Detmoldicam*, PHILIPPVS *Bückerburgicam*, fundarunt. SIMON VII. ex secunda coniuge a. d. 9. Febr. 1625. suscepit IODOCVM HERMANNVM, *no- uae Detmoldensium Comitum propaginis auctorem*, quae a loco, quo ille sedem fixit, *Bisterfeldensis lineae* nomen accepit. SIMONIS VII. ex *primogenito* nepos SIMON HENRICVS, qui a. d. 2. Maii 1697. naturae debitum reddidit, generauit FRIDERICVM ADOLPHVM, *Illustr. Comitis, Detmoldiae nunc regnantis*, cum *huius fratribus et sororibus Illustrissimis*, in castro *Brake* commorantibus, auum, et FERDINANDVM CHRISTIANVM, quem patrem habuit *Illustr. Comes* FRIDERICVS ALEXANDER, qui prope *Detmoldiam* domicilium *Fridamadolpfsburgi* constituit. PHILIPPO, *Bückerburgicae*, vt diximus, stirpis auctori, contigit: vt post mortem OTTONIS VI, *antiquorum Comitum Schaumburgicorum ultimi*, quem ex sorore sua ELISABETHA habuerat nepotem, per transactionem a. d. 9. Iul. 1647. cum *Serenissima Hassiae Landgrauia*, AMELIA ELISABETHA, initam, et in *artic. XV. §. 3. pacis W.* corroboratam, dimidium, qui tum supererat, *Comitatum Schaumburgicum*, praeter pactam quarundam rerum, et iurium aegre diuiduorum, communionem, iure *clientelari* ab *augusta domo Hassiaca* adeptus, in heredes feudales transmitteret. (a) Idem *testamento suo ius primogeniturae* constituit, in quod *Serenissima Hassiae Landgrauia*, HEDEWIGA SOPHIA, in *tabulis* a. d. 14. Decembr. 1671. (b) consensit, et hoc testa-

(a) Tabulas C. I. F. G. inseruit LVNIG *tom. 2. p. 770. seqq.*

(b) LVNIG d. l. *Spicileg. saeculare p. 484.* Verba sequentia enotasse sufficet: *Daß wir demnach in Erwegung der uns*





testamento (3. Febr. 1668.) ac duobus codicillis, (c) res suas sic ordinavit, vt filio natu maiori FRIDERICO CHRISTIANO, *Illustrissimi C. FRIDERICI WILHELMI ERNESTI, nunc Bückeburgi imperium tenentis, auo,* (qui *confirmacionem iuris primogenitorum* a LEOPOLDO Imp. a. d. 24. Dec. 1687. consecutus fuit) (d) *instituto heredi vniuersali, in primis feudum Schaumburgicum, cum praefectura Lippe- rode, natu minori autem filio PHILIPPO ERNESTO, praeter alios redditus, praefectura Aluerdissen cum iure in consistorio, curia provinciali, comitiis, Lippiacis, (§. 9.) obtingeret. Ab hoc linea I. C. Aluerdissensum originem duxit.*

## §. VI.

*hiebey vorgestellten motiuen vnd Umstände, zu solcher wohl- gemeinten, den Rechten nicht ungemäßen, auch nach dem E- xempel einiger benachbahrten Gräfflichen Häuser zum guten Zweck, vnd nemlich zu seines Gräfflichen Hauses so wohl, als der Lehns conseruation, mehr nützlich als schädlich findende Ver- ordnung vnsern Fürstl. consens dergestalt ertheilet haben, auch hiemit ertheilen, daß vnser geliebter Sohn vnd seiner Liebden Erben vnd Nachkommen diesem von vns placidirten iuri pri- mogeniturae gemäs nun hinführo iederzeit vnd so oft sich die Fälle zutragen den von Ihn Graff Philipp, als primo acquirente posterirenden primogenitum für sich vnd seine Agnaten Grafen zu Schaumburg Lippe wieder belehnen wollen, derselbe primo- genitus auch in solche Leben nach Art der primogenitur allein succediren, vnd so viel an vns, dabey gehandhabet werden solle.*

(c) Testamentum excudi curauit LVNIG R. A. part. Spec. cont. 2. vnter Grafen vnd Hörrn p. 564. Codicillos, alterum a. d. 19. Febr. 1672. alterum a. d. 8. April. 1681. datos v. apud eund. d. l. p. 487. seqq.

(d) LVNIG. Spic. saecul. part. 1. p. 489.





§. VI. FONTES IVRÁ FAMILIAE INTELLIGENDI INDICANTVR.

Constitutionem iurium, quibus hae diuersae lineae inter se fruuntur, exploraturi, videamus, necesse est 1) iura praecipua *Comitis Regentis Detmoldiensis*, 2) huic cum agnatis communia, et 3) horum propria. Quorum noscendorum fontem aperiunt, tum ea, quae a SIMONE VI. communi omnium parente (§. 5.) acta sunt, tum variae conuentiones post illius obitum initae, denique res iudicatae. SIMON VI. ratus, *ius primogeniturae* cum antiquis familiae suae rationibus plane congruere, (e)

RVDOL-

- (e) Sine dubio ob oculos habuit *pañtum vnionis a. 1368.* de cuius fide et stabilitate saepe disceptatum fuit. Dabimus illud, vt lucem ex eo fenerentur, quae inferius trademus. *Wy Simon Edel Mann, luncker tho der Lippe bekennet vnd betüget in dessen apenen Breue, vor Vns, alle Vnse rechte Erven, vnd vor alle Vnse Nabkomlinge, dat Wy vmmе bede willen, Frawen Richarden Edlen Frawen Herrn Berndes wanner Herrn tho der Lippe, deme Gott gnädig sy, vnde vmmе Vnser gemeinen Landes besten willen, hebbet gesatet ewiglicken tho bliuende, dat Vnse vorschrevene Gemene Land vnd Herschop, beide vppe desse Zidt des Waldes vnde vppe iene Zidt allinck thosamende vnde ungedeklet, ewelicken tho bliuende vnd wesen schall, vnde des so hebben Wy ene Gnade gegeben all Vnser Rittersn, Knechten, Steden, vnde alle den ienen, die in Vnser Lande, vnde in Vnser Herschop beide vppe desse Zidt des Waldes vnde vppe iene Zidt wonet, vnde vnder Vns besetzen sind, dat se, wanner Wy nicht lenger ene sindt, nümmermehr nicht, dan in ene Hand bulden en dorven, vnde nicht dan enen Heren hebben, de der Herschop van der Lippe en Erbe sy. Weret aber, dat Wy nah vnsem Dode achterleden Man Erven, de tho Vnser Herschop hören, edder rechte Erven, an welckern vnder den*





RVDOLPHO II. Aug. eum in finem supplicauit, vo-  
tique compos factus, priuilegium Caesareum a. d. 12.  
Febr.

Man Erven tho voren, efft Se dar syn, edder doch rechte Erven,  
de Stadt von der Lippe vnde de Stadt Lemgo sich dan kehret,  
dar schall Vnse vorsebrevene gemene Landt vppe desse Zidt des  
Waldes vnde vppe iene Zidt den kehren, vnde des ock folgen,  
vnde hüllden, deme sonder Irrhande, Vertog edder Wederspracke  
vnde Wy gemeinen Borgmanne van Varenholte, van Bracke,  
van Falckenberge, van den Blomberge, van Dethmolde, vnd vort  
mehr, Wy Borgermeistere vnd Rathmanne vnde alle Gemeinheit  
der Stede tho Horne, tho dem Blomberge, vnde tho Dethmolde,  
bekenner vnde betüget in desseim sülvem Breve vor Vns vnde vor  
alle Vnse Nakömlinge, wor de Stadt van der Lippe vnde de van  
Lemgo vorgeschreuen sich ankehret vnde huldiget, dat Wy den  
folgen vnde hüllden sollet, vnde willet, sunder Irrhande, Vertog  
oder Wederspracke, vnde lovet dat an desseime Breve, an goden  
Truwen stede vnde vast tho holdende. Were ock, dat Vns Gott  
segende, dat Wy Iuncker Simon vorgeschreuen edder Vnse Na-  
kömlinge noch mehr Lande edder Lüde bekrechtigen konden, de  
sollen alle dessen vorgeschreuen Articul vnde Stücke don vnd  
holden, stede vnd vest, sunder Irrhande, Vertog edder Weder-  
spracke. To Tügnisse aller deffer vorgeschreuenen Stücke  
vnde Article hebbe Wy Simon Iuncker tho der Lippe vorge-  
namt Vnse Inesegell vor Vns, vor Vnse Erven vnde vor Vnse Na-  
kömlinge tho dessen Breve heren gehangen, vnde Wy gemeinen  
Borgmannen vorgeschreuen tho Bekantnisse vnd Betügnisse deser  
vorgeschreuenen Dinge, so brucken Wy tho dessen Breve Vnsers  
vorgeschreuenen Iuncker Simons Inesegell vor Vns vnde vor  
Vnse Nakömlinge, wente Wy nen gemene Inesegell ene hebbet,  
vnde vry Borgermeistere, Rathmannen ende de gemenen Borger  
der vorbenamden Stede tho Horne, tho dem Blomberge, vnde tho  
Dethmolde hebbet ock an Tügnisse deffer vorgeschreuenen Dinge  
Vnsers Stede Inesegell vor Vns vnde vor Vnse Nakömlinge an  
dessen Bref gewestet, de geven is na Gottes Bordt, drüttein hun-





Febr. 1593. obtinuit. (f) Non contentus hac constitutione, testamentum a. d. 30. Augusti 1597. fecit, (g) quo quamvis conditionem filii sui, *mortuo Bernhardo*, primum nati, *Simonis VII.* (§. 5.) reddiderit meliorem, huius tamen *tribus* fratribus *Ottoni*, *Hermanno*, *Philippo*, tot tantaque iura attribuit, vt de horum vel ambitu, vel limitibus, ex testatoris voluntate metiendis, inter *ipsos filios*, horumque posteros, saepenumero graues contro- uersiae exarserint, quas aliquoties *transactionibus*, interdum iudicis sententia, terminare oportuit. Illarum prae- cipuae sunt, quas a. 1614. 1616. 1621. 1661. 1667. inie- runt. (b) §. VII.

*dert Jahr in deme achteden und seftigsten Jahre in Sünfte Iohan- nis Dage des hilligen Apostels unde Evangelisten.*

(f) *Id. R. A. part. spec. cont. II. vnter Grafen und Herrn p. 555.*

(g) *Ibid. p. 97.*

(b) *Tabulas conuentionum inter fratres ex SIMONE natos, anno 1616. datas vid. apud LVNIG R. A. part. spec. vnter Grafen und Herren pag. 557. Conuentio inter fratres SIMONEM, OTTONEM et PHILIPPVM anno 1621. facta apud eund. p. 560. Pactum Sualenbergense a. 1667. inter SIMONEM HENRICVM et IODOCVM HERMANNVM ibid. p. 561. Transactionem a. d. 14. Mart. 1614. conciliatore ERNESTO, Comite Schaumburgico, pio et felici Ernestinae conditore, initam, et partem Herbershusanae, anni 1661. inuenies in deductione Detmoldiensi, cuius index: Gründliche Nachricht von der innerlichen Verfassung der Graffschafft Lippe und des Hochgräfflichen Hauses in Ansehung des regierenden Hauses und der abgetheilten Erbherren, edit. 1738. p. 14. n. 5. Iudicium GOLDASTI, quod de variis eo tempore controuersis tulit, quod sciam, non habet vim arbitrii.*





§. VII. DE IVRIBVS COMITI CUIQVE PRIMVM NATO,  
EIDEMQVE REGENTI PROPRIIS.

Recte, an secus, SIMON VI. id egerit, vt *ius primogenituræ* familiae suae in perpetuum assereret, *Comites Brakenfes* quondam in controuersiam vocarunt. Negarunt, ante a. 1593. tale institutum gentilitium extitisse, tum quia pacto unionis (§. 6. not. e) nulla fides constet, vt cuius archetypum non reperiatur, tum quod ante a. 1368. et post illum, terrae diuidi consueuerint, absque apanagii vestigio. Ex quo collegerunt, codicillos Caesareos ius nouum inuecturos, sine consensu agnatorum et dominorum directorum nec peti, neque impetratos valere potuisse, ideoque SIMONEM, perspecto errore suo, ne facto per se casto et irrito posteris obesset, in supremis tabulis singulos filios heredes scripsisse, ius accrescendi inter eos constituisse, primum nato regimen vniuersale, reliquis superioritatem particularem in suo cuiusque territorio, mandasse. (a) His momentis retundendis multi multa obmouerunt. (b) Nobis alia esse quaestio viderur de

(a) v. *Expositio iuris a. 1706. edita, hoc indice: In facto et iure besser gegründete Gegen-Vorstellung vnd Refutation an Seiten des H. G. u. H. Rudolphen G. u. E. H. zur Lippe Bracke der an Seiten des auch H. G. u. H. Friedrich Adolph G. u. E. H. z. L. Dermold. 1705. zum Druck gebrachten so rubric. abgenöthigten wahrhaftigen Vorstellung pag. 17.*

(b) Praeter rationes, sententiae Austregali d. 7. Jun. 1681. publicatae, a Ictis Tubingensibus, subnexas (v. cit. deduct. p. 149.) diligenter in stabiliendo iure Comitis Regentis versatur HERTIVS de comment. distinct. inter apanag. et parag. §. 17. seqq. Huic opposita est D. Thomafiana inscripta: *Vindiciae distinctionis inter apanag. et parag.*





de iure, an id institutum sancire, eamque legem testamento familiae dare potuerit, alia de voluntate. De illo frustra disputatur, cum SIMONIS posterius, iidemque heredes, ipsius facta impugnare nequeant, quae se sancte habituros, compluribus conuentis alternam sibi fidem obligarunt. An sua ipsius solenniter acta in testamento, post 4 annos facta, euertere voluerit, non tam ex indole humani ingenii, quae raro patitur, vt in re solenni et maioris momenti se quisquam consilii parum perpensi publice arguat, quam ex tenore testamenti ipsius aestiment, qui iudicare velint. Hoc ita statuit: *Dass Bernhard, als der erste vnd älteste geborne Sohn nach vnsern zeitlichen Abgang - vnd an vnser statt - zu vnsern Land u. Graffschafft sorbin regierender Herr seyn soll.* Hunc natu primum saepius vocat *den regierenden Herrn*, fratres, ei substitutos, dicit *successores in regimine*, potestatem eius die LandesRegierung. Hæc in conuentis 1616. dicitur *die hohe LandesObriigkeit*, et ille in tabulis a. 1614. 1661. audit *regierender LandesHerr*. De iuribus, ipsi soli attributis, sic praecipit testator: (singula capita numeris distinguemus)

1) *Der zur Zeit regierende Landes Herr soll Macht haben Landtage auszuschreiben vnd zu halten; iedoch dass er sich zuvor mit seinen Gebrüdern dessen beredet, welche ihm auch brüderlich vnd getreulich sollen beystehen, auch der Landtschafft zu Nutze in guter Eintracht das beste rathen vnd befördern helfen cet.* (add. conuentio a. 1616. §. zum 2ten) So bleiben auch 2) die Collation der Lehnshafften vnd Lehnsvorfälle, 3) Landfolge, vnd 4) anders was dem Regierenden Herrn zukommt, als 5) Huldigung der Städte, auch 6) das Gogerichte, 7) Reichs- vnd Kreyßtage zu besuchen, 8) Beschreibung der Ritterschafft, auch 9) Ritterdienste, doch mag





ein ieder von vnsern Söhnen seine Vnterthanen, wie auch bey  
iedem Hause angehöriger Flecken vnd Dörffer Eingefessene  
ihme huldigen lassen. Es soll aber die Stadt Blomberg dem Re-  
gierenden Herrn huldigen; auch ihre priuilegia von demselben  
empfaben, doch gleichwol Simon vnserm Sohn (qui tempore  
testamenti conditi erat natu secundus) aus der Stadt an  
das Haus gebührende Versälle vnbenommen, 11) die Münrze,  
item 12) Saltzwercke binnen Vffeln bey dem Regier. Herrn,  
dargegen er auch Reichs- vnd Kreyststeuer, item Lehnspflicht  
vnd Dienste, doch mit Zuthun der Landschaft, verrichten, als  
auch 13) die originalia aller Siegel vnd Briefe bey dem Reg.  
Herrn rubiglich sollen enthalten werden, davon doch im Noth-  
falle seine Gebrüdere Abschrift nehmen mögen. Complura  
ex his capita conuentis deinceps, vel disertius exposita,  
vel communita, sunt. Ita in tabulis a. 1616. generatim  
definitur: Die superioritaet vnd Landeshoheit, auch was  
denen allenthalben in geist- vnd weltlichen Sachen anhängig,  
anreichend, verbleibt dieselbe bei Graff Simons vnd Ih. Lbd.  
Erben laut vnd Inhalts vorerwehnten väterlichen Testaments,  
vnd darauf erfolgten Verträgen, dahin gezogen. Speciatim ad  
n. 3.) in pactione 1614. statuitur, daß dieses alles bei dem R.  
Herrn, laut des Testaments, wie auch die Landfolgen, verblei-  
be, doch daß die wider Graff Otten vnd Graff Hermann, wie  
auch Graff Philipfen nicht angeführt werde. Ad 5) ex  
pactione a. 1616. notari meretur: Die Huldigung der Städte  
vnd Appellationes von den StadtGerichten, als ein vnstreitiges  
Ghied der superioritaet, gehören immediate an den Regierenden  
LandesHerrn. Ad. 4) De iure circa sacra haec subiecit  
conuentio 1614. Ob denn wohl auch fürs andere Graff Otten  
vnd Graff Hermann G. G. darauf gestanden, daß ihnen frey  
gela-



gelassen würde, aus den dreyen Superintendenten einen zu haben, der Ihr G. G. habende Pfarren visitirte, vnd daraus nicht allein dem Reg. Herrn, sondern auch Ibro G. G. relation thäte, und dann daß Ibro G. G. die erledigten Pfarren selbst wolten besetzen, auch dieselbe Personen neben dem Regierenden Herrn confirmiren, iedoch weil auch dieser Punct eigentlich an das Consistorium, vnd ius Episcopale, so der superiorität anhängig, (confer. transactio Herbershusana §. zum 2ten) gehöret, so haben G. Ernstens G. vnd die Verordnete aus der Rittersch. vnd von den Städten dafür gehalten, daß dieses alles bey dem Reg. Herrn laut des Testam. wie auch die Landfolge verbleibe. Addit pactum a. 1616. zum 5. Weil unwidertreiblich wahr, daß die geistl. iurisd. ietziger Zeit ein vornehmes Stück der Hoben LandesObrigkeit, so kan dieselbe auch dem R. H. nicht entzogen werden, doch daß die abgetheilte Herrn das ius praesentandi behalten, vnd ohne Vorwissen vnd Beliebung derselben keine Reformatio angestellet werde, wie solches auch das väterliche Testament ausdrücklich mit sich bringet. De publicatione mandatorum sic statuit conuentio Herbershusana §. so viel zum 9. Wenn Kayf. mandata oder auch fremder Herren patente, wie sich öftters zutrüget, auf vorgangene gewöhnliche Erfuchung bey dem R. Herrn, zu affigiren, vnd von den Canzeln zu verlejen, soll solches allein in des R. H. Namen geschehen, -- wie es denn auch also zu halten, wenn der R. H. edictales citationes oder mandata wegen etwa fürgebender verbotener Werbung, auocatoria vnd sonst in dergl. Fällen zu publiciren, auch Lehn-citationes anzuschlagen, nützlich vnd nöthig erachtet, dawider sich die ErbHerren gar nicht sperren, noch solches verbindern wollen. Ad 8.) de iurisdictione C. R. in nobiles et ciuitates, infra (§. 15.) exponetur. De iure circa collectas autem.





autem sic transactum est a. 1614. Wenn mit Vorwissen Ritter- und Landschafft auch von den Städten eine Landsteuer verwilliget, soll G. Otto, G. Hermann und G. Philip, ihren Antheil pro rata daran haben, und zu Austilgung der alten Schulden anwenden und genießen, sonst haben Ibro G. G. sich der Reichs- und Kreyssteuren nicht anzumassen, sondern bleibet solches dem R. H. allein.

§. VIII. DE IVRIBVS AGNATORVM DER ERBHERRN.

Si qua inter quaestiones iurisprudentiae illustrium priuatae quotidianas est intricatior, certe disputatio de praecipuis, quibus ius succedendi inter eos regitur, habet plurimum perplexitatis. Huius, praeter sectae vel partium studium, tum in foro, tum in commentariis, multiplex fons est: ad quem nouus accessit, ex quo SCHILTERVS, in lite de successione Veldentina, discrimen inter paragium et apanagium constituere studuit, et deinceps res nouis dissidiis de distinctione apanagii proprii et improprii implicari cepit. Praestabat (vti cum LYDOLFO, pro eo, quo pollebat, acumine, bene animaduertit KOPPIVS) (a) ante omnia de re quaeri: de qua si constet, de nomine facile transfigitur. Est vero alia inter illustres successio territorialis, seu publica, alia hereditas eorum priuata, quamuis et huius pars illi aliquando per testamenta et conuentiones adglutinetur. Successio T. comprehendit varias regiones, cum iuribus, supremas in eas potestati adiunctis, quae tanquam totum morale spectari, et ad duo genera reuocari possunt: 1) ad nexum cum S. R. I. 2) ad vinculum cum ciuibus intra territorium degentibus, redit, quo-

(a) in praefat. praemissa ill. PÜTTERI opusc. de augendo apanagio auctis redditibus primogeniti regentis p. 26.





quorum hoc *superioritatis territorialis* nomine venit. Bipartita est huius successione ratio. Vel enim placuit familiae illustri, inter plures fratres, agnatosue eiusdem gradus, constabilire consortium regiminis, vel exclusionem imperii communis. Hac constituta, duplex via iniri potest, vel ut statuatur *diuisio regiminis* inter plures, vel eius *vnitas*, seu cessio vni facta: genus intermedium de *Germania* nondum euietum fuit. Si *partitionem proprie dictam* praetulerint, quanquam regiones cuique attributae sint spatio aut reditibus inaequales, tot tamen fiunt *domini territoriales*, si minus *amplitudine partium acceptarum*, certe in his *summa potestate pares*, quot sunt stirpes, facta totius corporis in partes dissolutione, segregatae. Sin *diuisioni vnitatem imperii* anteferre placuerit: *vnuerfitas illa iurium, quam regiminis supremi nomine complectimur*, penes vnum residet, atque hoc saluo, attributio regalium maiorum et minorum quorundam, seiunctis fratribus agnatisue facta censetur, hoc saluo, hi ad exercitium quorundam iurium, cum suprema potestate connexorum, simul admitti videntur, ita ut non aliis fruantur, quam quae in ipsos translata esse, ex *conuentis, testamentis, horum dextra interpretatione, secundum communes interpretandi regulas, et inter has, vel ex vsu Germaniae generali,* (cuius probatio perdifficilis est) vel *separatim illius familiae,* de cuius conditione ambigitur, facta, apparet. Vnitas regiminis *forti primum nascendi annexa, parit ius primogeniturae.* Seu de huius *constitutione probanda* agatur, seu de eius, indubie constituti, *effectis* moueatur controuersia, res non prius ad liquidum perducitur poterit, quam si inter *notas (determinationes) huius iuris essentielles,* proinde fixas,





fixas, vel *naturales*, quas vocant, contrariis pactionibus mutabiles, accurate distinguatur. Ita e. g. ex sola appellatione *heredum*, ex iure accrescendi, quantum ad partes, quae stirpi cuidam postgenitorum extinctae assignatae fuerant, primum nato cum reliquis communi, ex imposito fratribus omnibus onere, aes alienum hereditarium luendi pro modo reddituum, qui ex regionibus, quas quisque nactus est, percipiuntur, per se haud colligi, aut pro certo haberi potest, placuisse *ius divisionis propriae talis*, reprobaturum contra fuisse *ius primogeniturae*. Quamvis enim ista ut plurimum aliter se habeant, introducto iure primogeniturae, huius tamen notioni et essentiae non repugnant. Quid autem ab illius iuris notione diuelli non possit, quidue sit *naturale* tantum, pender a doctrina de *essentia et attributis superioritatis territorialis*, quem locum hic excutere non licet. Quod ad *I. Domum Lippicam* attinet, post mortem SIMONIS VI. de ambitu iurium, quibus primum nati ceteros fratres vincunt, multas et diuturnas lites exortas esse, dixi. In quibus *referendis* uti orium nobis fecit *Cel. MOSERI (b)* industria: ita iubet religio, *iudicandi* de istis contentionibus fiduciam illis relinquere, quibus vberior rerum transactionum, in primis ineditarum, notitia contingit, nullumque errandi periculum. Nobis tantum licebit, ea, quae *pastorum verbis* asseri, et extra controuersiam poni, visa sunt, in suos quaeque locos relata, vna veluti tabella disponere, facilius, si quid omiserimus, ab iis supplenda, quibus fontes patent. Sciendum itaque est, a *Comite Regente*  
(§. 7.)

(b) *Staats-Recht tom. 13. pag. 278. 306. 501. 528. seqq. t. 14. p. 250. 263. 407.*





(§. 7.) agnatos, nominibus *der abgetheilten, ausgesteurten, Herrn, Erbherrn*, in tabulis conuentionum, subinde factarum, discerni. Quorum iura alia sunt *uniuersorum*, alia *singulis stirpibus propria* (e. g. progeniei *Detmoldiensi* ex testamento SIMONIS HENRICI, (§. 5.) (c) *propagini Bückeburgensi* ex suprema voluntate PHILIPPI a. 1694.) Illa agnati vel *cum Comite Regente habent communia*, vel iis *soli* vtuntur: quorum priora primo loco dispiciemus.

§. VIII. DE IVRIBVS INTER AGNATOS ET C. R. COMMVNIBVS SPECIATIM.

Iurium communium duo sunt genera: alterum *personas propius spectat*, alterum *partes imperii in ciues*. Ad illud referimus *leges*, et a SIMONE VI. et conuentis, constitutas, a) *de disceptatione controuersiarum inter ipsos obortarum*: Soll solcher Mangel vnd Gebrech vnter ihnen durch innerliche Entscheidung vnd billigmäßiges Zusprechen der Ritter- vnd Landschafft nach alten vnser Vorfabren löblichen Gebrauch, brüderlich vnd freundlich aufgehoben vnd verglichen werden: b) *de prohibita arbitraria alienatione, absque consensu communi, praeter pecunias et redditus cuique proprios*. (a) (c) De parti-

(c) Cf. de *controuersia Comitissae CHRISTOPHORI LVDOVICI cum domo regnatrice* Cel. MOSER tom. 14. p. 301. seqq.

(a) v. conuenta a. 1616. et 1621. *testamentum PHILIPPI Bückeburgici, tabulas Sualenbergenses*, quae art. 16. sic praecipunt: Vnd weil auch in dem Vertrag de a. 1621. alle alienationes, dispositiones, es geschehe per *testamentum codicillorum* oder *donationem inter viuos* vel *mortis causa*, oder wie es sonst möge verrichtet werden, vor null vnd nichtig werden gehalten; also soll es auch dabey steiff vnd fest gelassen, vnd von keinem Grafen zur Lippe derselbe über kurtz, oder lang contraueniret, sondern





partitione terrarum, stirpi cuiusdam delatae a SIMONE VI. tributarum, sic testator praecipit: ut terrae post genitis assignatae reliquis fratribus, pro rata in stirpes, accrescant, atque progenies primum nati dimidiam earum partem consequatur, alteram dimidiam reliqui in stirpes diuidant, contra, ut extincta domo regnatrice, illud, quod in huius locum successorum esset, stemma dimidiam partem regionum, quas ex testamento tenuerat, fratribus eorumue posteris maribus in stirpes cedat, alteram dimidiam retineat. (b) Ad alterum genus

alles vor unkräftig gehalten, und was deswegen im Vertrag versehen, zum effect gebracht werden. De vi huius pactiois Sualenberg. animaduertendum est, ob litem inter SIMONEM HENRICVM, Comitem R. Dermoldiensem, et IODOCVM HERMANNVM, C. Bisterfeldensem, (S. 5.) de postulationibus, quas hic pactis dotalibus a patre SIMONE VII. cum secunda uxore Maria Magdalena, Comite Waldecciae a. 1623, initis, subtruxerat, obortam, conciliatoribus praecipue, CASIMIRO C. Brackensi, et PHILIPPO Buekeburgensi, Comitibus, transactionem fuisse tentatam, formulam eius conceptam, et ab intercessorum mandatariis subscriptione firmatam; aduersus cuius vim vero in controuersis cum C. R. Bisterfeldensibus C. maxime obiecerunt, IODOCO HERMANNO formulae illius conceptionem displicuisse; hinc nullam ei, desciente ipsius consensu, vim firmae transactionis inesse. Quod vberius expositum leges in consilio VICTORIS LEONHARDI Francof. ad Moen. 1711. edito: sub quo nomine Augustum Hoffmannum latere voluisse, asserit KOPPIVS in cit. praefat. p. 16.

(b) Testamenti conditi tempore BERNHARDVS erat filius SIMONIS VI. primum natus. Cuius ante patrem mortui locum ingressus est SIMON VII. Terras huic assignatas accepit OTTO, Brackensis quondam stirpis auctor. Huius locum occupauit HERMANNVS (qui cum a. 1621. sine prole mascula decessisset, eodem anno de partitione terrarum, quibus praefuerat,





pertinent iura circa administrationem imperii, tum in uniuerso comitatu, tum in singulis eius partibus, a SIMONE VI. cuique definitis. Primorum numero est a) ius circa iudictionem comitorum provinc. (§. 7.) (c) b) ius alterni praesidii, in

con-  
fratres, secundum normam a SIMONE VI. statutam, conuenerunt) HERMANNI regiones obtinuit PHILIPPVS, (§. 5.) qui post tabulas testamenti natus erat. Familia Brakenfis a. 1709. deleta est. Quo facto non solum inter I. Domum regnatricem et I. Comitum Bückeburgicum de diuisione terrarum in duas partes diu disceptatum fuit: sed et huic lis cum III. Comitibus Auerdisensibus intercessit, num utrisque communis esset adiudicata pars dimidia, an I. Comiti Bückeburgensi soli deberetur. Quae lis ad 4 momenta redibat; 1) num ea testamenti, a SIMONE facti, sententia esset, ut et in stirpe postgenitorum ius primogeniturae ualeret, et cum eo ius accrescendi a testatore statutum, ad solum natu primum pertineret? an istas accessiones hereditarias, quantae stirpi cuique postgenitorum obuenturae essent, inter diuersas huius propagines ex aequo diuidi uoluerit? 2) num LEOPOLDI Aug. privilegium, de iure primum nati, ad Comitatum Schaumburgicum restringi par sit, an ad terras uniuersas stirpis Schaumburgicae, etiam Lippicae, pertineat? 3) num testamentum PHILIPPI, quo ius primogeniturae stabilitur, de iis quoque incrementis intelligendum sit, quibus post eius mortem posteris, beneficio SIMONIS VI. potiri coeperint? 4) num pactum Sualenbergense aliquam vim habeat ad obstringendos PHILIPPI posteros? Ita controuersiam, felici successu amice diremtam, constituit libellus inscriptus; *Weitere Aeuernässige Erleuterung der Sache welche bey einem Hochpreislichen Reichs-Hoffrath sub rubr. Lippe-Auerdisen contra Schaumburg-Lippe-Bückeburg, in puncto der praetension an den erledigten Lippe-Brack. Anfall anhängig, vnd anietzo zur relation gediehen ist. a. 1744.*

(c) Id ius sic explicatur in deductione iurium §. 7. n. a. citata p. 32. dominis hereditariis notam fieri iudictionem conuentus prov.





consistorio, et in curia prov. generali, huiusque iudicem creandi, ita tamen, vt Comes R. perpetuus vtriusque collegii director et iudex, dicatur, (d) huiusque solius nomen sententiae prae-

et cum ipsis momenta consultationum communicari, 2) de ordinum sententia cum ipsis in consilium iri, 3) et pro re nata eius, quod illi saluti communi congruere censuerint, rationem haberi.

- (d) V. testamentum verbis: Das weltliche Hoffgericht cet. conuentio a. 1614. verbis: *Aber die gantze direction cet. patum a. 1616. §. Fürs dritte. Addit conuentio Herbershusana: Anreichend zum 7ten das Hoff-Gerichte, bleibt es bey den brüderlichen Verträgen, und solle das general-Hoffgerichte alle quartale gehalten, und ohne aller Theile Gutbefinden, niemahlen prorogirt, am ordentlichen Hoffgerichte aber von den Hoffgerichts-Bedienten weiter nicht, als der Ordnung nach sich gebühret, verfahren, des Orts halben am nechstkünftigen delibereiret und geschlossen, auch, damit des Hoffgerichtes Lauff ungehindert bleibe, in der gantzen Graffschafft publiciret werden, daß von den Vntergerichten an das Hoffgerichte zu appelliren iederman, der sich beschweret finden würde, frey stehen solle. In specie ist wegen Bestellung des Hoffrichters beliebet, daß derselbe per maiora von dem Regierenden und abgetheilten Herrn, solle bestellet werden; der Assessorum Bestellung sehet zwar bey dem Regierenden Hause, es wollen aber Herrn Hermann Adolphs Hochgräff. Gn. und dero Nachkommen, Regierende Herrn zur Lippe, ehe und bevor die vocatio geschiehet, den abgetheilten Herrn den vocandum denuntziiren, und daferne an demselben ein notabler Mangel, sonderlich wider die Ordnung, zu finden, denselben in consideration ziehen, der vocatus soll darauf am general-Hoffgerichte beeidiget, auch dahin gesehen werden, daferne qualificirte Leute im Lande, daß dieselbige für Fremden dazu befördert werden; Wie es dann auch bey vocation der Commissarii am Consistorio (welches hinsüro alle halbelahr gehalten werden soll)*





praeferrant, exceptis caussis eorum, qui *dominis hereditariis* subiiciuntur, in illis enim *processus et decreta et horum et C. R. nomine* exarantur. Posteriori generi accensimus, quod a) *mandata de rebus ad politiam, seu rem aedilitiam, spectantibus, in praefecturis dominorum hereditariorum,* communi nomine concipiuntur. b) *Ciuium, qui intra territorium postgenitis tributum habitant, criminibus simul gratiam faciunt, vel poenas mitigant, C. R. et dominus hereditarius, cuius finibus continentur: inter quos si non conueniat, acta transmitti iubet conuentio a. 1616. Saluus conductus coniunctim concipitur, et, oborto dissensu, actis transmissis causam decidi placuit: persecutionem autem, ad modum iure communi et obseruantia imperii, definitum, attemperari, visum fuit.*

§. X. DE IVRIBVS DOMINO CUIQUE HEREDITARIO PROPRIIS.

*Inter filios SIMONIS VI. diserte conuenit, vt primum nati, eiusque Comitis regentis, imperio reliqui fratres, eorumque*

*so viel die denunciation betrifft, also zu halten, dem Reg. Herrn bleibt aber nichts desto weniger bey dem Assessore am Hoffgerichte, vnd Commissario am Consistorio, den einen Weg wie den andern freye Hand. Wobey den auch zum 8ten, ferner verabscheidet, daß die abgetheilte Herrn allemahl, so wol am general-Hoffgerichte, als Consistorio, um denselben durch die Ibrige beyzuwohnen, gefordert, nachdem von dem Reg. Landes-Herrn abgelegten voto, von denselben gleichfals votiret, (es wäre dann, daß die ordo zu praesidiren, die Erbherrn würde betreffen, welchen Falls es bey bekantem Herkommen bleibet) bey deme, was per maiora geschlossen, allerdings verbleiben, vnd also dem Hoffgerichte sein voller Lauff gelassen, keinesweges aber cursus iustitiae gehemmet werden soll.*





que posterius, eximantur. (a) In primis autem, quantum ad partes imperii in cuiusque territorio, proprium cuiusque est a) ius fisci, occupandi bona vacantia et caduca, (v. conuentio a. 1614. §. zum 4ten) b) ius honorem mortuis ex familia domini cuiusque hereditarii, campanarum sono, absque C. R. praescitu, habendi. Sin quis ex domo regnatrice decefferit, placuit, denuntiationi obitus simul addi, signum illud luctus per vniversum Comitatum indictum esse. (v. pactum Herbershus. verbis: wenn eines im Hause cet.) c) De iurisdictione ciuili sic conuenerunt a. 1614. et 1616, vt D. H. 1) in caussis ciuilibus iure prime instantiae solitario fruantur, multae pecuniariae ipsis solis cedant: 2) non ad iudicium, cui cancellariae nomen est, sed ad curiam prouincialem, ab ipsorum ciuibus prouocetur. 3) De iurisdictione criminali sic praecipit conuentio a. 1614. Daß die abgetheilte Herrn die zugefallene Aemter vnd Häuser mit aller Hoben vnd Niedern Obrigkeit in Bürger- vnd Peinlichen Sachen einhaben vnd gebrauchen sollen, doch daß die Gohgerichte nach gewöhnlicher Ordnung gehalten, auch nicht mehr, denn darin eigentlich geböret, als nemlich Abhandlung der Brächten, Weinkauffe, Erbtheile, Freylassung vnd sonst, wie es in des R. Landesherrn Gerichten wird gehalten, gezogen, oder weiter extendiret werden sollen, die Peinliche Gerichte auch durch Graff Simons (vii.) Gn. vnd Deroselben Successoren Verordnete mit besetzt, die execution I. G. Graff Simon, als Landesherrn, vnd Graff Otten, G. Hermann, vnd G. Philipfen, (§. 9.) als ErbHerrn, zustehen,

(a) V. conuenta a. 1614. et 1616. §. zum ersten: Es seyn aber die abgetheilte Herrn Gebrüder nullo respectu vnd keinesweges dem R. H. unterworfen, sondern für ungemittelte freye Grafen des H. R. R. zu achten, add. §. zum 9.





ben, die Urtheile in Ihro sämtlichen Gräfflichen Namen abge-  
fasset, vnd G. Otten, G. Hermann vnd G. Philipsen die  
fructus iurisdictionales multae oder Bruechte von Ihren  
Aembren folgen vnd bleiben sollen. Addit conuentum a.  
1616. n. 7. Die Landschaffren u. Städte so dem R.H. huldigen --  
(cf. §. 14.) seynd iedoch ratione debiti den ErbHerrn, wennn sie  
in deren Aembtern vnd Gebierben delinquiren, vnterworffen.

§. XI. DE IVRIBVS FILIARVM ET TVTELIS.

Quo est perplexior contentio, tum de iure femina-  
rum succedendi in feuda imperii, tum de ordine successionis  
in his, vel allodiis imperii, siue cum agnatis, siue inter se,  
de priori loco contendant: (a) eo melius consultum est  
C.L. in quo ab antiquo haec indubia lex seruatur, vt fe-  
minae, sanguine licet propiores, etiam remotioribus a-  
gnatis, non demum vi abdicationis, sed ex perpetua fa-  
miliae consuetudine, nullam de successione territoriali con-  
trouerfiam faciant. De iure filiarum sic statuit SIMON VI.  
Die drey vorbenannte vnser Töchter, vnd so künfftig mehr  
möchten geboren werden, da sie zu ibren Jahren gerathen,  
sollen neben dem Aussteuer oder Brautschatze, so nach alten  
hergebrachten Lippischen Gebrauche von der Landschafft ge-  
wöhnlich verrichtet vnd zuwege gebracht wird, von Ihren  
Gebrüdern -- mit Kleidern, Kleinodien vnd andern lung fräu-  
lichen Geschmuck, Ibrem Stande gemäs, ausgesteuert werden,  
dazu Bernhard (tum natu primus)  $\frac{2}{3}$  allein, Simon, Otto  
vnd Herman, (Philippus tum nondum natus erat) zu-  
sammen auch  $\frac{1}{3}$  beylegen sollen, womit wir vnser Töchter,  
auch die so künfftig geboren werden möchten, in dote congrua,  
vnd zu ehelicher Aussteuer, nach Ermessigung vnser gerreuen  
Ritter-

(a) III. REINHARD von dem Erbfolgsrecht der Töchter p. 29.





Ritter- und Landschafft, auch wollen instituiret vnd versehen haben. Porro, cum de successione in terras stirpis deletae statuisset, addit: Denn da Töchter gebobren, u. nach Absterben ihrer Eltern vnuerheirathet vorhanden seyn, die sollen von ihren Geuettern vnd der Landschafft gebührlich mit Gelde vnd Geschnuck ausgesteuret werden, auch, so lange der Manns-Stam vorhanden, an den vbeweglichen Gütern keinen Theil haben. Dotem filiae cuique Comitis R. ordines prouinciales constituunt, eamque hodie 5000 thaler. non inferiorem. Eosdem ordines dotem filiabus dominorum hereditariorum dedisse, aliquanto minorem, exempla non desunt. PHILIPPI Bückeburgici filiae, Tecklenburgensi Comiti nuptae, eosdem 4 mille thal. 4 annis cum vsuris singularum 4 pensionum, soluendos, constituisse, ex Rec. prov. a. 1665. apparet. I. stirpis Bückeburgicae, ob accessionem feudi Schaumburgici, amplior est conditio, de qua speciatim sic cum AMELIA ELISABETHA conuenit PHILIPPVS: (§. 5.) vt dos nubentium, vel Principis Hassiacae, vel Comitis Schaumburgicae, ab Ordinibus totius Comitatus Schaumburgici solvatur: extincta prole mascula PHILIPPI, relicta licet sobole feminea, terrae clientelares in ditionem Hassiacam statim redeant, reiectaque exceptione meliorationum, impensarum, illatae dotis, retentionis, tacitae hypothecae, Princeps, qui tum Hassiae praefuturus sit, eas suo iure plenoque iure occupet, ita tamen, vt res mobiles, semet mouentes, nomina, et quicquid alias consensu domini directi promissum, feminis salua sint, praeterea ipsis, vsque dum nuptias concilient, alimenta suppeditentur. Quod denique maiorem aetatem C. L. attinet, ius R. obseruatur. Tutelae maternae exemplum a. 1563. affertur. Add. acta a. 1637. Nouissimam tutelam Comitis nunc Regnantis, quem





quem Deus felicem esse iubeat! mater Serenissima a. 1747. deposuit. Exemplum nuptiarum, pro inaequalibus habitarum, ex saeculo XVI. refert IMHOFFVS. (b)

§. XII. DE VINCULO QVO C. L. CVM S. R. I. CONTINENTVR.

Vidimus potiora iurium familiae capita. Restat, vt nexum, qui inter I. C. et vniuersum, cuius membra sunt, S. R. I. corpus intercedit, breuiter contemblemur. Comitatum Lippiacum non haberi feudorum imperii numero, ex LIMNAEO et ITTERO refert PFEFFINGER. (a) Nec, qui alias mos est Vafallorum, inaugurationem beneficentiam, sed confirmationem iuris primogeniturae, ab Augg. quibusque petere solent. Circulo Westphalico, et Comitum Westphaliae Collegio, ipsos comprehendi, notum. Num Saxonici, an Palatini, Vicariatus finibus contineantur, ambigi poterat. Non desunt exempla, iuris ab Electore Saxoniae exerciti. Si eam esse mentem A. B. c. 5. censueris, vt Saxonici Vicariatus fines totum veteris Saxoniae ambitum complectantur, quae interpretatio, ni fallor, reliquis praeferrere meretur; (b) consequens fuerit, vt has regiones, sesquisaec. postea circulo Westphalico adscriptas, Saxonicae potius, quam Palatinae, tutelae tractu comprehendi, verius affirmes.

§. XIII.

(b) Not. proc l. 9. c. 4. §. 5.

(a) VITRIAR. ill. tom. 3. p. 1135. cum quo conf. Cel. MOSER St. R. tom. 16. p. 411.

(b) V. DN. PRAESIDIS commentatio ad tabulas immunit. academi-  
carum, quas a FRIDERICO Palatino ERNESTVS P. et Comes  
Schaumb. obtinuit p. 49. § 1. seq.





§. XIII. OBSERVATIONES DE VETERI NEXV C. L. CVM  
 QVIBUSDAM S. R. I. PRINCIPIBVS.

De vinculo, C. L. cum fructibus quibusdam I. Principibus, tria momenta commemorabimus: 1) *Lipstadium*, oppidum, in loco *Overwald dicto*, a. 1150. a BERNHARDO II. conditum, (a) a. 1376. ENGELBERTO, Comiti *Marcano*, pro summa, quam mutuauerat, 8 mille *marcarum argenti* (8000 *lödige Marck gutes Westphälischen Silbers*) a SIMONE, coniugis suae ERMENGARDAE, BERNHARDI filii, HELENAE, CATHARINAE, ELISABETHAE, filiarum, et omnium heredum consensu, pignori datum fuisse, mit aller örer Herrlichkeit, *Lenwerschap, geistlick off weltlick, mit ören Gerichte vnd Rechte vnd aller Thobebörige vnd Thoverfälle.* (b). Quod pignoris vinculum solutum est a. 1445. quo IOHANNES I. *Cluensis* cum BERNHARDO et SIMONE *Lippiacis*, in has leges conuenit, vt *dimidia pars oppidi, mit aller örer Herlichkeit, Gerichten, hoige vnd lege Renten, Vpkommenen, Veroallen, vnd anders öre Tobebörungen, binnen vnd buten der Stadt Lippe-belegen, Lippiacis, altera dimidia*

(a) Hic, vt erat bellicosus, strenue a partibus HENRICI LEONIS stetit, et infractus amicorum PHILIPPI, *Archi Episcopi Coloniensis*, impetu, de quo v. GOBELINVS *cosmodrom. act. VI. c. 60.* eo rem adduxit, vt PHILIPPVS, ipsum sibi reconciliaturus, HENRICVM, *Comitem Arnsbergium*, rogaret, feudum huic collatum, BERNHARDO ereptum, redderet. Quo facto illud huic impertiuit, ARNSBERGIO autem promissit, *se ex feudo, in Westphalia recepta primum vacaturo, reditus 25 marcarum, in vicem huius cessionis, ipsi largituro.* Diploma *Susatiae III. Id. Martii 1185.* datum, exhibent originales *GVELFICAE tom. 3. n. 57.*

(b) LVNIG *Spic. saec. 1. 2. Theil p. 467.* Add. SCHATEN. *A. P. II, 370. 631.*





media Marcanis, in perpetuum (als Erbherrn) addiceretur, iudicium constitueretur commune, possessiones, quas federatus quisque eo tempore haberet, habiturusque esset, mutua defensione perpetua essent municiores, et quemadmodum sibi tum fidem sacramento corporali adstrinxerint, ita successores, antequam iusiurandum fidei a ciuibus, pro sua quisque parte exigerent, pactas condiciones iureiurando firmarent: (de gbene die denn een rechte Erve vnd Nakumliche solte syn, vnd in den Deil der Stad Lippe kommen soll, de Huldigen vnd Eide van Truwen van der Stadt to empfangen, die soll alle dese Puncten vnd Inhalt dies Breves rechter gestavender Eide to den Hilgen sweren, to holden gelick wy gedan hebben vnd dat doen, eer vn van der Stadt Lippe enige Huldige of Eide van Truwen geschien sollen. (c) II.) Vti C. L. cum pluribus S. R. I. principibus clientelae vinculo copulantur: ita et numerum Vasallorum augustae domus Hassiacae augment. PHILIPPI M. tabulae beneficiariae, Marburgi a. 1517. exaratae, praeter feudum Blombergense, castra Lipperode, Brake et Varenholtz, cum iuribus ad eadem pertinentibus, oblata, SIMONI N. D. de Lippe, sub lege clientelae masculae, in primis cum pacto iuris aperturae, tradita fuisse, testantur. Similiter III.) cum Episcopatu Paderbornensi verus huic Comitatus intercedit clientelae vinculum, fedus quoque (d) mutuae defensionis,

E 2

(c) LVNIG *ib.* p. 470. Stirpe mascula Ducum Cluensum extincta, litem cum ERNESTO, Marchione Brandenburgico, et WOLFGANGO WILHELMO, C. Palatino, illustrat instrumentum a. 1610. *ibid.* p. 475.

(d) Per hanc occasionem animaduertimus, SCHATENIO A. P. tom. 3. p. 78. seq. valde displicere factum ERICI, E. P.





nis, vulgo *Erbeinigung*. Deinde *quartam partem praefecturarum, Sualenbergensis, et Stoppelbergensis*. Antistes *Paderbornensis* obtinet, *dimidiam Oldenburgeris*. (e) Num ipsi tanta sit potestas in primis in praefectura *Sualenberg*, vt *S. T. ambitum emetiatur, in controuersiam vocatum est*,  
Negant,

qui *contra legem de alienatione bonorum ecclesiae, assensu ordinum prouincialium P. SIMONI, (Edlen Herrn zur Lippe, vti vocatur in diplomate apud LVNIG d. l. p. 472.) cum improbi, potestatem a. 1517, fecerit, 3 successores ex consanguineis sibi deligendi, et idem ius, vltimo ex stirpe cuiusque successoris, tribuerit, ea tamen lege, vt feudum maneat masculinum, neue princeps imperii eligatur, cuius potentia his terris grauis esse queat, vtque vtriusque regionis domini perpetuo mutuae defensionis federe iungantur. Fomenta doloris, vltro concepti, sibi ipsi admouet, dum id consilium liberae electionis ob fecunditatem SIMONIS, exitu caruisse, subiicit. Non est vero, cur dicam ERICO scripserit, cum tale patetum a doctrina iuris publici ecclesiastici, de collatione feudorum, reinfeudari, vt vocant, solitorum, non abhorreat.*

(e) *SCHATEN. annal. Pad. tom. 2. ad a. 1350. et 1358. Conuenerunt a. 1358. ne, si qua inter vtrumque federatum dissidia oriantur, castris illis alter ad alterius oppugnationem utatur, neue ea alterius hostibus tradat, porro, vt suntus in reparationem portarum, pontium, fossarum, murorum, pro rata cuiusque parte communicentur, perpetuum ius der Borghode et Borg frede stabililatur, cuius fines sic designant: De sal angahn alse fere vse vterste Stadt by dem Dicke steir, vnde alle vm de Borch wort alse fere de Hage wendet, vnd alle dar darin begrepen is, dat sal binnen den Borg frede syn, eum, qui conuentis non staret, 12 obsides daturum, sponponderunt, in locis conductis, Paderbornenses Nibaimii, Lippiacos Blombergae, lege obligati tam diu commoraturus, donec iniuria reparetur.*





Negant, qui *iuribus C. L. tuendis calamum* commodant, BALDINI, E. P. transactionem, (*Burgfriede*) quam cum OTTONE et BERNHARDO, *Lippiacis d. S. Antonii a. 1358.* iniit, de S. T. esse intelligendam, sed et *verba conuentorum a. 1569. et 1579,* quibus *praesuli P. in partibus praefectarum Swalenberg et Oldenburg ipsi cassis, alle Obrigkeit, Herrlichkeit, Recht u. Gerechtigkeith,* asserantur, habere hanc sententiam, contendunt, vt penes eum esset *iurisdictio ciuiliis et criminalis:* originem contra *iuris Paderb. in quarta parte Stoppelberg. frustra in pactione a. 1358.* quaeri, nec facile antiquiora, quam in *conuentis Steinheimensi, a. 1556. Maria Monaster. a. 1573,* eius vestigia reperiri. (f)

§. XIV. DE IURE ORDINVM PROVINCIALIVM.

Regiones *Westphaliae* vniuersae aliquanto ampliores, vti suis non destituuntur primoribus, quibus *ordinum* prov. nomen est: ita et in C. L. horum, appellatione *der Ritter-u. Landschafft* comprehensorum, duo sunt collegia, alterum *equitum,* alterum *ciuitatum.* Huic intersunt *Lipstadium, Lemgoia, Horna, Blomberg, Saltzuffelia, Detmoldia.* Illud ornant *nobiles familiae vetustae,* inter has, *Donoppii, Kersbroeckii, Hamersteinii, Rhedii, Westphalii, Brinckii, Friesenhausii, Wendii, Campii, Stedingii, Bruchhausii, Wredii, cet.* Ius *suffragandi in collegio nobilium* cohaeret *praediis equestribus,* et tum ex horum *dominio,* tum ex *domini nobilitate,* seu *anita,* seu *nona,* aestimatur. Ignobiles a conuentibus arcentur, quamuis *talium praediorum acquirendorum iure* non destituantur. Vterque procerum ordo bina membra, *Land-Räthe* appellari solita, eligit, electa C. R. commendat, a quo confirmantur. Singulis annu-

(f) Cf. *Cel. GRUPPEN orig. Pyrm. et Swalenberg. p. 36. 120. sqq.*





annuum stipendium, duobus nobilibus aliquanto maius, quam reliquis, perfoluitur, iisque cura negotiorum, de quibus in comitiis consultari, e. g. *ob celeritatem*, non conuenit, verbo, quae alibi ab iis, qui *deputati* vocantur, peragi solent, demandantur. Consultant ordines in conuentibus, (de quorum *indictione* supra p. 27. vidimus) de rebus maioris momenti, quae ad *communem salutem tuendam, restaurandam, augendam*, propiorem vim habere videntur, in primis *de collectis*: quod genus consultationum praecipuum vbiuis fuit momentum, (a) ob quod *nobiles et ciuitates* in corpora coaluerunt. *Collectarum* duplex ratio est: alias recte dixeris *statas*, e. g. *collectas* tum imperii, in *sustentationem summi tribunalis Cameralis*, tum *provinciales*, e. g. *ad alendos milites*, vulgo *der Soldatenschatz*, alias *extraordinarias*, easque iterum vel in usum *S. R. I.* vel *Comitatus, Comitatus Reg. et I. Familiae*, impendendas. Sed et ipsos in societatem curae *de legibus ferendis* vocatos esse, euincunt constitutiones, tum ea, quam vocant, *die Polizeiordnung* a. 1620, tum *curiae provincialis die Hofgerichtsordnung* a. 1593, editae. Iura ordinum in curia *provinciali generali* infra (§. 16.) trademus. Denique inter ipsorum *immunitates* et hoc refertur, quod soli *C. R.* subiiciantur, coram *cancellaria* vel *curia prov.* conueniantur, et secundum *conuenta Hebersbusana*, executiones aut *immissiones*, a *Gograuio* *provinciali aduersus nobiles*, aut in *praediis equestribus*, peragantur.

§. XV. DE IVRE CIRCA SACRA C. L.

A. 1538. intereunto rebus humanis SIMONE, *negotium emendationis sacrorum liberiori in his finibus* aura frui coepit.  
Tutor.

(a) De hac consultatione pro more suo euidenter exposuit ill.  
STRUBE *dec. obs.* 10. §. 25. et in *horis succif.* P. 2. sect. 10. §. 9. seqq.





Tutor iuuenum C. BERNHARDI et SIMONIS, PHILIPPVS M. Hassie L. illud adiunxit: tertius eorum tutor IODOCVS, Comes Hoyensis, per Amstelrodanum et Buxschorium, constitutionem ecclesiasticam concinnari curauit. Quam, a Simone de Wend, Satrapa Varenholzano, transmissam, theologi Wittebergenses, pauculis immutatis et adiectis, comprobarunt: vti ex literis ad WENDIVM, PHILIPPI MELANCHTONIS manu a. d. 8. Nov. 1538. exaratis, et subscriptione IUSTI IONAE, MARTINI LVTHERI, IO. BVGENHAGII, et eiusdem PHILIPPI, firmatis, intelligitur. (a) Lex, in solenni procerum et sacerdotum conuentu, approbata, et deinde publicata fuit. Concussit hanc noui instituti arcem KERSENBROCKIUS, E. Paderbornensis, cum a. 1547. BERNHARDVS VIII. in suam tutelam peruenisset: cui ademptionem feudorum, si doctrinam libro, qui vocatur *interim*, propositam, repudiaret, minatus esse perhibetur. (b) Sed cum de rebus Euangelicorum conclamatum esse videretur, subito apparuit, aliter videri superis. Et vix securus Dei, secundum notiones protestantium, cultus, pace stabilitur, atque BERNHARDVS a. 1556. formulam temporariam doctrinarum, quibus ad tempus resistere non potuerat, in conuentu primorum patriæ, verba ad hos faciente CHRISTOPHORO a DONOP, aboleuit: signisque libertatis sacrae receptis, tum imperium circa ecclesiam, cum summa potestate coniunctum postliminio recuperauit, tum fiduciarium illud ius collegiale, quod in transactione a. 1614. ERNESTVS, academiae Rintelienensis conditor, vocauit *das ius Episcopale, so der superiorität anhängig*, (supra §. 7.) in successores transtulit. Vti inter antistites

[a-

(a) Extant apud HAMELMANN *opp. hist.* p. 814.

(b) Idem p. 818. PIDERIT. *Chron.* p. 613. seqq.



*sacros a BERNHARDO inde II. eminuerant Comites L. in ferie præfulum Paderb. Bremensium, Ultraiectinorum, Liuoniae cet. conspicui: (c) ita haud remissiori feruore sacra emendata rueri et amplificare studuerunt. Post mortem BERNH. VIII. noua lex ecclesiae, ab EXTERO confecta, et a IAC. ANDREA correctæ, ab HERMANNO SIMONE, tum SIMONIS VI. iurure, a. 1571. peruulgata est. Hanc a. 1600. exceptit SIMONIS VI. lex inscripta: *Visitations- et Consistorial-Ordnung*, a. 1665. HERM. ADOLPHI *Schul- und Catechisations-Ordnung*, et SIMONIS HENRICI *Christliche Ordnung der G. L.* quam, a IO. IAC. ZELLERO, *Tigurino*, compositam, LEVINO MAVRITIO de DONOP, et IO. BARCKHAUSIO in primis suasoribus, consensu *Dominorum Hereditariorum*, (d) typis a. 1684. excudi iussit. *Iurium circa sacra numero, alia sunt principibus quibusque protestantibus communia, art. V. et VII. P. W. corroborata, alia singulis propria, pactis quippe expressis tacitisque subnixa. His in C. L. annumerari solet ius quoddam prouisionis extraordinariae in Collegio Canonicarum Lemgouiensis: quod quanquam primariarum precum nomine veniat, et aliquam cum his habeat affinitatem, reuera tamen ab iis discrepat. (e) Nempe sodalitas virginum sacrarum, Lemgouiam, SIMONIS, nobilis de Lippia, a quo locum habitationis 500 marcis denar.**

- (c) V. SCHATENIVS *annal. Paderborn. tom. 2. p. 2. ad. a. 1228.*  
 (d) In ipso libelli indice additur: *Nach vorgängiger consultation mir denen bey dem geistlichen Consistorio mit praesidirenden ErbHerrn. In conclusionem subiicitur: Nachdem Wir als R. Landes Herr auch Wir Erb Herr dieser Graffschafft L. vnd dero einverleibter Herrschafften, dieselbe in allen ihren Punkten wohlbedächting erwogen. cet.*  
 (e) Vti recte obseruauit SCHMAVSS. *comp. iur. publ. l. 3. c. 3. §. 8.*





nar. *Osnabr.* redemerunt, auspiciis, datisque *Id. Mart. a. 1306.*  
*privilegiorum tabulis*, translata, hodie secundum conuenta  
 I. *Sept. a. 1715.* x. virginibus, *Lutheranae aut Reform. religioni*  
*addictis, vel nobilibus vel ignobilibus, comprehensa Decanissa*  
 constat, Abbatissam cooptat, vel, ut vocant, postulat Comitem  
*innuptam ex domo regn.*, quae si nuptias conciliauerit, re-  
 nuntiauerit, alia ex eadem domo in eius locum surrogatur.  
 Comiti R. autem post susceptas imperii habenas, et ipsius  
 coniugi, licet, praebendam primum vacaturam virgini  
 impertire. Ius *Episcopale*, quod vocant, C. R. cum *Do-*  
*minis Hereditariis* communicatum esse negat, sibi que soli  
 vindicat. (f) *Iurisdictio ecclesiastica*, tum in *consistorio ordi-*  
*nario per 2 Commissarios C. R. tum generali, exercetur: huic*  
*praeter 2 Consiliarii C. R. vnus D. cuiusque H. consiliarius, ex or-*  
*dine nobilium vnus, et duo ex collegio ciuitatum, intersunt.* (g)

§. XVI. DE RE IUDICIARIA C. L.

Iudicia *ciuilia superiora* in hoc Comitatu sunt duo:  
*cancellaria et curia prov.* quarum *iurisdictio* concurrat. Ex  
 finibus D. H. tamen ad posterius tribunal solummodo pro-  
 vocatur.

- (f) V. *deductio* §. cit. p. 40. 46. Iusiurandum, quod *sacerdotes* soli  
 C. R. iurant, v. *ibi in adiunctis n. XI.* De iure *dominorum*  
*heredit.* circa *aedituos constituendos* v. *Conv Herbersb.* §. 11.  
 (g) De *caussis* in *consistorio generali* disceptandis inquit *cit. de-*  
*ductio p. 55.* *Das nicht alle geistliche Sachen, sondern nur nach*  
*Anweisung der Consistorial-Ordnung, die Visitation und Ehe-*  
*Sachen, auch der Kirchendiener Fehl, Mangel und straffbare*  
*excessus vor das gen. Consist. gehören, die übrige ad iura Episc.*  
*einschlagende Vorfällenheiten aber kraft des dem R. H. priua-*  
*tiue zustehenden I. Episcopalis durch das ordin. und wöchent-*  
*liche Consistorium resoluiret werden.*





vocatur. De *impendiis communibus* in huius sustentationem, aequaliter diuidendis, SIMON VI. d. 18. Jan. 1596. cum ordinibus prov. conuenit. Tabulis eius pacti testibus, praeter ciuitatum ablegatos, nobilium nomine subscripserunt, Arend ab Oyenhausen, Gerlach de Kerfenbruch, Christoph de Donop, Henr. de Krone, Anton de Friesenhausen. Legem, illi iudicio, comprobantibus ordinibus constitutam, codicillis d. 13. Febr. eod. anno datis, RVDOLPHVS II. Aug. corroborauit, addito iure, ne a sententiis in hoc iudicio pronuntiatis appelletur, nisi summa conuentionis 200 florenos aureos excefferit. (a) Quod iudicium dispescitur in perpetuum, et, quod quater annuatim exercetur, generale, das ordentliche u. general-Hofgericht. Huic postremo praeter duos consiliarios C.R. et unum ex consiliariis Domini cuiusque Hereditarii, duo membra a duobus ordinum prov. collegiis electa, intersunt, et causae, praegressa copiosiori actorum relatione, deciduntur, cum alias controuersiae a iudice et assessoribus curiae prov. qui quot hebdomadibus congregantur, finali sententia non dirimantur, nisi de huius ab externis  
ICTis

- (a) Edita est a. 1593. hoc indice: *Vnsers Simons G. vnd E. H. etc. verfaßte vnd durch vnser Graffschafft Ritter vnd Landstände angenommene auch folgens durch die R. K. Maj. bestätigte priuilegirte Hofgerichts-Ordnung, g. im I. 1593. 4. Parte 2. tit. I.* enumerantur causae, coram illo iudicio disceptandae, reales, personales, exceptis actionibus aduersus officiales in negotiis ad munus eorum pertinentibus, actiones iniuriarum similes. Excipiuntur etiam causae feudales, utpote coram paribus disceptandae: *Lehnsachen aber betreffend dieselbige sollen vermöge der gemein Lehnrechte in vnser Mahnkammer für vns vnd vnser Commissarien vnd Mannen verfeh, ventiliert vnd erörtert werden.*





Ictis conceptae publicatione, agatur. Iudicium summarium, quod Gograuius provincialis (Land-Gograf) quotannis exercet, (Gogericht) ad delicta minorae coercenda, et causas quasdam civiles dirimendas pertinet. (v. de his §. 10. p. 30.) Ad illa refertur in ordin. ecclesiastica a. 1684. si quis plures, quam duos tresue, paternos infantis, sacro fonte intingendi, simul adhibuerit. Iurisdictio huius Gograuii, quoad delicta ciuium, extra urbis cuiusque terminos commissa, priuilegiis et usu, varie limitatur: et e. g. quantum ad ciues Saltzuffeliae, ad percussiones et coercitiones stuprorum restringitur, ita ut dimidia pars multae stuprorum ciuitati pendatur. Vrygrauui, quem medio acuo latine reddiderunt C. liberum, partes a sparta Gograuii differunt. Illud iudicum genus olim iudiciis Westphaliae Vehmicis praefuit: de quorum intemperie, seu modum disceptandi, seu nimis extensos citandi limites, spectaueris, graues praesertim sub SIGISMUNDO Aug. conquestiones, iubente Imp. DIDERICVS Archiepiscopus Colon. a. 1439. edita reformatione, utcunque temperare studuit. (b) Superest Detmoldiae munus Vrygrauui, quod in iurisdictione criminali exercenda versatur. De quo memorabilis est SIMONIS VI. lex, inscripta die Gerichtsordnung am freyen Stuhl d. 31. Mart. 1596. qua Vrygrauium cum assessoribus constitutiones imperii, reformationem Diderici, custodire, nec reorum nomina temere deferri, sed indices et singula, quae factum circumstant, protocollo diligenter notari, reorum defensiones a Scabinis probe attendi,

F 2

caussa-

- (b) V. MÜLLER Reichstags-theatr. vnter FRID. III. Part. I. Ite Vorstellung p. 107. seqq. Quid inter Gograuios et Vrygrauios interfit, exposuit MEINDERS de iudiciis centenariis p. 306. seqq. MASCOV. not. iur. Brunsv. et Osna-brug. p. 75. 80. sq. 113. sq.





causaque rite cognita, (nach vollendeter heimlicher Acht und  
 geschehener Wruge), ad se referri, quod ad modum disceptan-  
 di, et sportulas, ordin. curiae prov. servari iussit. Ob con-  
 tentiones de ambitu huius iudicii, (freyen Stuhls vnd heim-  
 lichen Gerichten) viuo SIMONE VI. obortas, a SIMONE  
 VII. d. 8. April. a. 1614. als Stuhlherrn, praescitu et consensu  
 OTTONIS ET HERMANNI, ac nomine PHILIPPI C. L. res ita  
 composita fuit, vt Horna, Blomberg, Saltzuffelia, Det-  
 moldia, ab hac iurisdictione eximantur, (c) crimina, alias  
 per se cognitioni illius iudicii subiecta, a domino territo-  
 riali coerceantur, reliqua civium leuora facinora, e. g.  
 causae iniuriarum, secundum modum ordinatione curiae prov.  
 art. I. part. 2. praescriptum, a magistratu oppidano puniantur.  
 Nec desunt in C. L. iudicia particularia, quibus Germania  
 quondam abundavit. Huc referimus iudicium Lemgov.  
 lignarium, das Hölting, et alterum das Seddelgericht. Huius  
 ratio est haec: Praefecto Brackensi, tanquam Commissario  
 perpetuo, delicta denuntiantur, a civibus Lemgov. extra vr-  
 bem, veluti carpando agrum vicini, furtiuis lignorum abla-  
 tionibus, mutuis percussionibus, admissa, aliaque id genus fa-  
 cinora, quae excessuum nomine vulgo veniunt. Is delata in  
 protocollum refert, eoque rogante senatus Lemgov. ciues reos  
 citat, vt eo die, quem Gograuius prov. iudicio exercendo praefinit,  
 compareant. Stato die et Gograuius, et ille praefectus, Lemgoviae,  
 absque eius iudice, in curia comueniunt, consident in sedili,  
 vulgo

(c) Verba sunt haec: Das wir vorgemeldte unsere Städte des  
 freyen vnd heimlichen Gerichtszwangs vnd also auch darin  
 Geseffene Schöffen ihrer Eyde vnd Pflichten erlassen, dauon ent-  
 bunden, vnd Sie die gantze eingeseffene Bürgerey vnd deren  
 Nachkommen künfftiger Zeit davon gefreyet.





vulgo *Seddel*, quæ appellatio iudicio nomen dedit, (vti in vetustis legibus *Dermodiensibus* §. 1. et *Hornensibus*, a. 1723. conditis §. 13. die *Raths Seddel*, locum, in quo magistratus oppidanius dicit, denotat.) Actor probationibus instructus venit, eodem die absoluntur omnia, causas vterque decedit, magistratus sententiam, schedulæ inscriptam, exequitur, multæ C. R. penduntur, quarum pars in conuiuium impenditur, sumtus in vinum suppeditat ciuitas. Plane alia est ratio iudicii, quod *Gograuius Lemgoniensis* exercet, in quo actiones reales et in rem scriptæ, e. g. de retractu ciuico et gentilicio, quantum ad prædia, extra urbem sita, disceptantur. *Hornæ* idem est *Gograuius*, qui ciuitatis iudex, vti colligo ex statutis §. 14, vbi *Stadts Richter* oder *Gograue* eundem habere videtur significatum.

## SECTIO II. Ius priuatum illustrat.

### §. XVII. DE CIVITATIBVS LIPPIACIS, IN PRIMIS DE IVRIBVS LIPSTADII.

Progressuri ad ius priuatum, hoc nomine comprehendimus a) iura singularum vniuersitatum, (tum inter se mutua, tum quod ad membra cuiusque sua, quibus constant, tum contemplari C. R.) b) iura, quibus singuli ciues, extra nexum cum vniuersitate quadam, per se considerati, vtuntur. Inter quæ primo loco quaedam de iuribus ciuitatum delibabimus. In primis sæculo XIII. ciuitates *Westphalicae* et *Saxoniae* infer. a suis quæque Principibus aut Comitibus varias impetrarunt immunitates, ex quibus simul regalia intelligas, quibus tum temporis in suo dominus quisque territorio, vsus fuerit. In his membranarum primordia iurisdictionis magistratui ciuico tribuæ exigua animaduertes. Iudicis a domi-





domino T. constituti, praecipuae in iure dicundo partes fuisse videntur: senatus in delictis, in primis *aduersus leges adilitias* admissis, plerumq; subsistere debebat. Paulatim diminuta vel sublata iudicis potestate, passim creuit senatus iurisdictionio: praeter ius antiquum, rixas in *vulnera sine acumine armorum*, vt diplomata loquuntur, inflictas, erumpentes, coercendi, sensim *mixto* vel et *mero* imperio potiri coepit. Coetus quisque ciuium, priuilegiis a domino suo T. subnixus, *extrinsecus* securitatis praesidia *paetis cum finitimis* quaesiuit, remedium necessarium ea tempestate, qua *ius in armis poni* solebat, (vti e. g. *Lemgouia cum Herfordia a. 1437. paetum de mutua defensione fecit*) *intus* commoda sua *communibus sponsonibus* augere studuit, quae *statutorum* nomine celebrantur, et, *quatenus intra terminos iuris priuati*, ab arbitrio *paciscentium pendentis* subsistebant, suapte vi olim valuerunt. Sensim excreuit *vicorum* numerus, quibus *Domini T.* ciuitatis ius dederunt, *immunitates* vetustiorum sub ditione sua vrbium, redemptas, aut ob singularem fauorem, cum iis communicarunt, auxerunt, restrinxerunt. Quae deinde cum primum viribus suis niti coeperunt, reliquorum in eodem territorio oppidorum statuta, *sepe velut suo iure*, cooptarunt: vnde magnus *legum eiusdem territorii municipalium* consensus enatus est. Inter *iura ciuitatum Lippiacarum*, antiquitate et praestantia *Lipstadii et Lemgouiae* *immunitates* eminent: quas reliquae vrbes sensim, veluti *tralatitias*, adeptae sunt. Neque tamen priuilegiorum tabulas *sec. XIII.* vetustiores vidimus. Leges quoque *municipales* suas aliae cum aliis communicarunt. Quae vt in plurimis consentiunt capitibus, ita in primis in eo, ne ciues in alium, quam ciuem, bona sua inter viuos





viuos transferat. De *Lipstadio* §. 10. quaedam occupauimus. Recensum *iurium eius antiquiorum* continet *diploma Bernhardinum a. 1244.* (quo *ius hereditatem intra annum ab externo non petitam fisco C. vindicandi* corroboratur) Quas tabulas *SIMON a. 1275.* confirmauit. His membranæ *SYMONIS a. 1341. de electione senatus, BERNHARDI a. 1366. de iure pensitationem exigendi, de frumento in molis excusso, (Molenzise)* accesserunt. Plura, quae historiam oppidi illustrant, dedit *SCHATENIVS. (a)*

§. XVIII. DE IVRIBVS LEMGOVIAE.

*Iurium insigniorum antiquitate, scholae flore, bibliopolii celebritate, sacrorum cura, legum salubrium prouisi, etiamnum floret LEMGOVIA, sedes quondam Archidiaconalis, (b) saeculo XVI. inter eas, incertum qua de caussa, relata, quae imperata pendunt imperio R. G. tributa, (c) qua de re ex decreto Statuum I. 4. Jul. 1545. in Camera imperii disceptatum, et caussa vrbis apud Imper. a BERNH. C. acta fuit. Tabulas immunitatum eius, quas vidi, vetustissimas, exarauit BERNHARDVS, 6. Id. Ian. 1245. iisque iura 17 articulis comprehensa, firmavit, quibus viuo auo et patre gauisa fuerit. Summum in his concentum cum priuilegiis Lipstadii obseruaueris. Eadem iura se sancte habiturum, praestito, vt in tabulis a. 1265. testatur, iuramento corporali, promisit SIMON N. et D. de Lippia. Nouo oppido Lemgouensi iura Lippiae, Lemgouiae, Hornae, Blombergae, SIMON a. 1283. impertiuit. Lemgouenses eodem, quo Lippenses iure*

(a) *A. P. tom. I. p. 786. II. p. 143. 290. III. p. 149. PVEENDORF. rer. Brandenb. lib. 18.*

(b) *SCHATENIVS A. P. tom. 2. p. 15. ad a. 1231.*

(c) *Illustr. MOSER StaatsRecht tom. 40. p. 313.*





iure frui, confirmat SIMON a. 1298. In privilegio SIMONIS a. 1329. tum de fossis, tum de iure in *sylua Lemgouienfi*, et loco iudicii lignarii exercendi, in gratiam confortium, (*commarchanorum Marchae ante oppidum Lemgo situatae, ac illorum, qui dicuntur Erve Exen, sunt verba diplomatis*) statuitur. Nec praetereundae sunt literae OTTONIS a. 1344. vetera iura confirmantes, et SIMONIS a. 1366. quibus, ne in plurium, sed in *vnus C.* tantum verba adigantur, h. e. *vnj homagium iurare cogantur*, obtinuerunt. Iura, pacto *vnionis stabilita*, supra (§. 6. p. 15.) attulimus. Vti non inusitatus, sed passim in Germania ab antiquo receptus fuit, ille ritus, quo ciues, *antegressa demum principis iurata promissione, sanctae privilegiorum suorum custodiae, fidem subiectionis sacramento obstringunt*: ita et Lemgouiae ab antiquo id inualuisse obseruamus, vt C. R. *in via, quae Detmoldia in hoc oppidum ducit, prope lapidem quendam consistat, et obuam facto magistratui erectis digitis iusiurandum de inuiolata vetustarum vrbis immunitatum tutela conceptum iuret*, deinde portam ingressus, homagium a ciuitate exigat, literasque, quas vocant, *reuerfales*, promissi sui testes, ciuitati tradat. (d) De iurisdictione haec animaduertimus, ciuitatem a potestate *Vrygrauii Detmoldiensis* exemptam esse; iudicis (*Stadtrichters*) et *Gograuii Lemgouiensis* munera differre, tum quo ad *caussarum disceptandarum* genera, tum quod huius constitutionem, recufatione *personae*, *senatus* impedire nequit. Concurrunt iudicis et *senatus iurisdictione* in *caussis personalibus*, sed *hic rem aedilitiam, cognitionem de iniuriis intra vrbem, caussis conuubi-*

(d) Vid. *dissertatio III. Consil. Regiminis de SCHOLLEY* sub moderamine DN. *PRAESIDIS* habita de *homagio* §. 14. p. 32.





*connubialibus confirmationes tutelarum sibi soli vindicat. De iurisdictione in causis civium, quoad res et delicta extra pomeria §. 16. vidimus. Ne a sententiis senatus ob summam 20 thal. minorem ad cur. prov. appelletur, SIMON VI. d. 16. Nov. 1604. indulgit. Rationes ab administratoribus senatus exigit, non reddit. Iudaeis, tribus tantum, receptum C. R. largitur, ab vnoquoque tributum civitati, quot diebus Ioannis 6 thaleri consulibus, penduntur. Iure venandi in agris et sylvis suis civitas destituitur. Veteres leges suas municipales recognovit et emendavit a. 1586, ex quibus enotamus: a) prout Lemgouiae valet communitio b. inter coniuges, ita secundum statut. c. II. prole non extante, alterum alterius heredem ex asse fieri, exceptis feudis, rebus expeditoriis, gerada: b) patrem superstitem, cum segregat liberos, iis dimidiam bonorum communium, et matris geradam cedere, excepto feudo, quo frui pergit, dum vivit, matrem liberis rem patris expeditoriam, filiis vel agnatis feudum reddere, nisi dotalitium in eo habeat constitutum, praeterea dimidiam bonorum communium tradere. Si nuptias contrahunt, nondum dimissis liberis, pro singulis mensibus in penam morae florenum civitati dependunt. c) Si quis praedia hereditaria, intra urbem vel eius agros (Feldmarck) sita, alii vendat, vel pignori det, quam civi, inscio senatu, mensibus quibusque pendit multam floreni aurei, donec rem in integrum revocaverit, contractus autem est nullus.*

§. XIX. DE IVRIBVS BLOMBERGAE ET HORNAE.

*Blombergae, perinde vt Detmoldiae et Saltzuffeliae, exitiosus fuit annus 1448, quo a Bohemis, quos Archiepisc. Colon. et Episcopus Paderb. THEODORICVS in auxilium accieverat, capta et eversa fuit, et vix ex hac sede sua*

G

Schaum-



Schaumburgum ad Comitem amicum BERNHARD. C. confugere potuit. Iurium participem esse, quibus ex privilegiis suis et antecessorum fruatur Lemgoia, testatur BERNHARDVS Edel Herr von Lippe, literis, vt vocant, reuersalibus a. 1448. datis (dat wy schult vnd willen vnse Stadt von dem Blomberge vnde die Bürger darselvest laten by solchen Rechten, Seden, Wunbeit vnd Frybeit, also vnse Olden vnd wy vnse leuen Gertuwen den von Lemgo gegeben hebben.) De variis ciuitatis iuribus, in controuerfiam a C. Brack. CASIMIRO vocatis, d. 13. April. 1671. transactum est, vt ius primae instantiae quoad ciues, et eorum praedia, intra fines agrorum ciuicorum (Stadt Feldmarck) sita, (etiam quoad Iudaeos, exceptis tamen criminibus et delictis contra leges receptas, soli C. cognitioni subiectis, ex resolut. 29. Ian. 1663) delicta a ciue in agris admissa, a Gogranio puniantur. (a) Immissiones in agris ciuicium, a curia prov. vel cancellaria decretatae, fiunt per Gogranium prouincialem praefectum et iudicem. Continuatur Blombergae, magistratu approbante, sodalitas quaedam ex ciuibus in varia collegia descriptis collecta, vulgo das Hausleute-Ambt, quam non ad rem mercatura aut opificio faciendam, tendere,

(a) Andere Feld- Excessen aber, als mit Zäunen, Graben, Huden, Weiden vnd dergleichen, wie auch Feld- Dieberey, Schlägerey vnd Scheluvorte außer der Stadt begangen, vverden am Amte geruget, vnd zur Zeit des ordinairen Gohgerichts, wie in andern Stäädten gebräuchlich, auf dem Rahtause vor den Gohgerichts Persohnen, in praesentz einiger aus der Mittel des Rahts (welche aber doch dabey kein votum haben) examiniret vnd bestrafet, die Strafe aber H. G. Casimirs HochGr. Gn. bezahlet vnd erleget, wie dann in specie die Bauermeistere, da sie dieser Verordnung in der Feldmarck in einem oder andern contraueniren solten, gleichfals bey solchen Gohgericht multiret werden. Sunt verba conuent. n. 5.



*deve, sed huius modi esse asserunt, vt soluta pecunia pro receptione quisque annuo conventui intersit, et mortuus a sodalibus gratis efferatur.* HORNÆ, etiam ab insigni antiquitatis monumento, vicina picarum rupe, vulgo *Exterenstein*, celebri, (b) Lipstadiensium priuilegia SIMON VI. a. 1586. firmavit. Magistratus oppidi a ciuibus eligitur, a C. R. confirmatur. Senatus annuus, qui negotiis ciuitatis curandis praeest, 8 viris constat, vti ex constitutione SIMONIS HENRICI d. 22. Ian. 1681. apparet, quam vt et eam, quae d. 26. Iun. 1683. facta est, bis quibusque annis congregato eum in finem senatui, veteri et nouo, praelegi iussit. Statuta, quae in primis religionis et honestatis custodiam ciuibus praecipiant, C. SIMON. HENR. ADOLPH. d. 9. Ian. 1723. confirmavit. (c)

§. XX. DE IURIBUS DETMOLDIAE ET SALTZVFELIAE.

DETMOLDIAE, Comitum Regentium sedis, leges instituta Lipstadiensia sequuntur. (a) Iurisdictionis ciuilibis in ciues, qua ciuitas praedita

G 2

est,

(b) Vid. monum. Paderborn. p. 70.

(c) Ex illis nonnulla enotare liceat: Ex vnaquaque domo certe vnus concioni cuique sacrae statis diebus feriatas interesse iubetur, multa 6 mar. proposita. Iureiurando ciuico continetur, ne quis praedia ciuica in aliquem, qui ciuibus non accenseatur, iure mancipii vel pignoris transferat, poena constituta 10 thal. et retractus ciui cuique vel ciuitati seruato integro: neue ciuis ciuem alibi, quam coram senatu, in prima instantia conueniat. Adiudicationes vel immisiones a magistratu aduersus ciuem decretae, a iudice seu Gogranio effectui dantur: cui etiam arresta, sed intra modum ordin. curiae prov. II, 48. inuitum, decernere licet. Iudaei cum Christiano litigantes in causis debiti personalibus et realibus iurisdictioni senatus subsunt: in controuersis inter se mutuis, vel delictis, aut causis cum ipsorum receptu connexis, iudici oppidano vel C. R. subiiciuntur. Censuram detractionis est decima pars praediorum ciuicorum, rerum immobilium, et nominum, quae exportantur. Ius ramos arboris alienae propendentes, vel amputandi, vel fructus carpendi, stabilitur.

(a) Ex institutis a. 1575. collectis sequentia excerptisse sufficiat:





est, ambitus iudicis, (*Stadt Richter*) a C. R. constituti, auctoritate temperatur. Hunc in delicta leuiora extra urbem, e. g. furtiuas fructuum in agris aut hortis ablationes, vel et in praediis equestribus, coemiteriis, a ciuibus admitta, animaduertere, relatum nobis est. Caussas maioris momenti differt ad iudicium, quod uocant, *Gogericht*, (§. 16. p. 43.) quod quotannis bis, tempore paschali et circa festum Michaelis diem, a Gograuio prouinciali, et eodem iudice, exercetur, cui praefectus *Detmoldiensis*, atque magistratus ciuitatis, adfident. Multae a iudice dictatae inferuntur aeriario, quod nomine *der Land Renthey-Casse* appellatur. SALTZVEFFELIA, olim 4 curiis, *Heerserhof, Schieshof, Gäblhof, Schennertshagen* dictis, terminata, a fluuio *Saltze* dicam? an a *Salinis* appellata fuit. PIDERITIVS, ipsam olim *Ritteruffeln* dictam fuisse, contendit, non euincit. BERNHARDVS illi oppido a. 1448. eadem priuilegia tribuit, quibus tum *Lengouia, Horna, Blomberg*, et *Detmoldia* fruebantur, iusque nundinarum tum annuauum, tum hebdomadalium, impertiuuit. Penes senatum est iurisdictio ciuili. Immissiones ab eo decretas peragit iudex a C. R. constitutus, praesente syndico, et 2 rationariis civ. Iurisdictioe criminali caret, ad facinorosos autem plectendos in urbe iudicium criminale exerceri solet, cui magistratus oppidanus adfidet. Leuiora facinora et furta minorum in hortis, agris, syluis, et praediis ciuium extra urbem admitta puniendi ius priuilegio d. 17. Dec. 1708. impetrauit. Ciuitas gaudet iure piscandi in fluminibus *Werra* et *Saltza*. In locum deficientis in ecclesia parochi 3 candidatos C. R. commendat, ex quibus hic vnum eligit.

## §. XXI.

*Praedia ciuica, id est domum, hortum, agrum, pascua, ei qui ciuis non sit aut esse nolit, cedere vel pignori opponere prohibetur, poena 50 thal. et contractus infirmatur. Femina, quae dum nuptura solenni pompa in aedem sacram ducitur, aut sponfam comitatur, se pro uirgine gerit, et postea stupri conuincitur, 5 thal. pendit. Ramos in solum tuum propendentes rescindere, fructuum autem in tuum delapsorum dimidiam retinere licet, alteram domino arboris reddi oportet. cet.*





§. XXI. SYLLOGE OBSERVATIONVM DE IVRE SACRO, CRIMINALI,  
CIVILI.

Spatio et tempore exclusi, paucis verbis contrahimus, quae, collatione legum et statutorum complurium facta, vel aliorum fide accepta, probabiliter asserere videmur. I) Non licet nobis excutere ea, quae in *ordinat. eccles. a. 1684.* prouide disposita, non sine voluptate legimus. Notamus haec paucula, a) *cap. 15. infirmantur sponsalia, absque consensu parentum, aut curatorum contracta, cuius legis violatores poena publica afficiuntur, et censurae presbyterii obnoxii fiunt. Prohibetur 2 gradus consanguinitatis, viduo 6, viduae 9 mensibus a morte inde prioris coniugis, nouis nuptiis interdicitur. Trinae proclamationis omittendae venia a Comite petenda. Absoluta 3. proclamatione nuptiae intra 14 dies adornandae.* b) *C. 16. vifitationes domesticae annuae parochi cuique praecipuntur, addita lege, ohne alle Herrschucht über die Glieder der Gemeinde, ohne alle fürvortzige Nachfrage weltlicher Händel.* c) *C. 18. annus gratiae decernitur viduarum et liberorum commodo. Interim vicini parochi, vel et candidati, sacris operantur, vel si necesse fit, successorem intra annum munus auspicari, thalerus ipsi quot hebdomadibus assignatur, nisi ob reditus tenuiores, aut indigentiam heredum, viliori mercedula contentum esse deceat. Annus salarii a Michaelis festo computatur. Quoties parochus ante vel post hunc diem decessit, calculus a die sepulturae subducitur. Vidua vel liberis non relictis, reditus illius anni vel parochi, vel viduae cuidam eiusdem classis, egenis cedunt, his non repertis, in sortem conuertuntur.* II.) SIMON C. d. 22. Iun. 1600. constitutionem criminalem edidit, eaque iudicia, formulas iurisiurandi a Scabino, fiscali, et defensore, praestandi definiuit, et iudicio cuique criminali *5 freye Schöfften*, vel si hi eo loco, vbi habetur, non reperiantur, *5 viros probos* adesse iussit. III.) SIMONIS VII. lex, quam inscripsit *Polizey-Ordnung* a. 1620. edita multa rei aedilitiae, (*der Polizey*) capita continet, et in primis de rusticorum conditione complura praecipit. Adde SIMONIS VI. *distraction-Ordnung*, d. 14. Iul. 1595. HERMANNI ADOLPHI *neue Gerichts Ordn.* d. 28. Sept. 1664. et eiusdem *Zehnt Ordn.* d. 5. Iul. 1552. SIMON HENRICVS ob temerarias sententiarum impugnationes, *per reuifionem, nullitatis querelam, restitutionem in*

ante-





*integrum d. 26. Ian. 1669.* iussit, pecuniam a condemnato deponi, si causa ceciderit perdendam, non infra summam 5. aur. nec ultra 50. flor. aureos. IV). Communionem bonorum omnium, inter coniuges rusticos et ciues, vbius vigere, indubium. De eo, an consilarii et officiales Comitis eodem iure vtantur, ambigitur. (a) Restrictam eam esse quoad liberos rusticorum, vt his, non matri, praedium obueniatur, tradit LVDOLFVS. (b) Alias succedit superstes impolis ex asse, sin liberi extant ex eodem connubio, horum dissociatio nouas parentis nuptias praecedat, necesse est. Multa negligentibus statuta variat. *Salzuffelias* quot mensibus pendunt fl. aureum, ex quo iterarunt nuptias, vsque dum liberos rite ex societate bonorum dimiserint. V.) Speciatim in ciuitatibus omnibus retractus ciuicus viget. *Salzuffelias* tamen venditio extraneo facta non simpliciter rescinditur, sed prius quisque alienationem praediorum (*Länderey, Garten u. andere Meierstettische Güther,*) legitime, vt aiunt statuta, *dem nächsten Verwandten, Hausgenossen vnd einem ehrbahren Rath,* denunciare iubetur. VI.) Homo proprius a ciuitatibus arcetur.

S. XXII. ANIMADVERSIONES DE IVRE RVSTICORVM.

VII.) Rustici vel in vicos, (*Blecke* olim dictos) i. e. *uniuersitatem maiorem rusticorum coniunctiores sedes habentium, variisque opificiis ruri necessariis instructam,* vel in pagos minores (*Dörffer*) describi solent, vel longe dissociatas sedes habitant (*einzelne Höfe.*) In vicis C. L. liberi rustici et homines proprii mixti degunt, *Schöttmariae* tamen postremorum nemo habitat. Singulos a) quoad possessiones, b) iura et obligationes spectare poteris, si, quales sint, propius nosse velis. a) Ab agrorum satiuorum amplitudine vel exiguitate varie appellantur. Alii 1) sunt *Vollmeyer, Vollspanner,* agrum, cuius seminatio 3 vel et 4 vehes frumenti postulat, possidentes, (48 medimni conficiunt *vehem,* neque vero haec et quae sequuntur nimis exiliter ad calculos reuocari debent) 2) *Halbmeyer, Halbspanner,* dimidium illius agri modum tenentes, 3) *Drylöpers,* quorum 3 duobus primi generis villicis pares censeri possunt, 4) *Großköters,* agrum circiter 48 medimnis 5) *Große*

(a) *Perill. de CRAMER obs. iur. Camer. obs. 326.*

(b) *Observ. P. I. obs. 156.*





§) Große Hopfenplöcker, circiter 24 medimnis sufficientem, tenentes, 6) kleine Hopfenplöcker, Brinckstzer, Straßenkötter, carent agro, iisque domus tantum, interdum et hortus, suppetit. b) Rustici, quantum ad iura et officia sua, tum realia, tum personalia, sunt I.) homines proprii, II.) liberi. I.) Illorum iura, tum quoad acquisitionem, tum quoad conservationem contra dominum et tertium, tum quoad interitum, praeter argumenta ex legibus Westphaliae, in primis vicini Rauensbergici et Osnabrugensis tractus moribus, ante omnia ex institutis propriis, vel uniuersi comitatus, vel singularium eius praefecturarum, praesertim ex ordin. polit. a. 1620. aestimari oportet. Sunt in his, qui possessionibus superant complures liberos: qualis est villicus Stappellagensis, diues praediis, sed monasterio Marienfeldensi addictus, (a) et exemplum aliud in praefectura Hornensi reperiri, nobis relatum est. Nota seruitutis certa et perpetua non est praestatio des Mahlschweins, vel pulli incocti. (Rauchbuhn, sic enim rectius redditur) (b) Vt sapienter omnia prouisa sunt in lege de famulis, Gefinde-Ordnung, a. 1752. ita et hoc, quod homines proprii absque consensu domini extra territorium operas locare prohibentur. II.) Rustici liberi uniuersi in iuribus, quae ad libertatem personae necessario periment, conueniunt. Differunt in iure circa praedia, quae incolunt. Alii horum a) pleno dominio, alii b) utili tantum, instructi sunt, ipsorumque, perinde ut hominum proprium, praedia dicuntur Meierstettische Güter. a) Rustici liberi, praedia sua pleno domini iure possidentes, non omnes ex genere seruili, sed in primis villici maiores, ex hominibus liberis, quos a viris militaris generis quondam distingui consueuisse notum, orti esse videntur. Quales vti et in C. Rauensberg. et Episc. Osnabrug. inueneris, (c) ita in C. L. triplex eorum genus repereris, Amts-Frey-Sattel-Meyers.

Quos

- (a) Litem de hoc praedio a. 1221. recenset SCHATEN. A.P. II, 988.  
 (b) V. doc. apud de WESTPHALEN in monum. rer. Cimbr. tom. 2. p. 2059.  
 (c) Add. de 7 villicis maioribus in Comitatu Hoyensi BÖHMER. consult. iur. publ. II, 73. Non fuit medio aeuo, nec hodie est, idem rusticorum status. V. Cel. SEIP de statu rusticorum ex medio aeui rationibus caute diiudicando.





Quorum quosdam curiis dominicalibus salua libertate personali, primum praefuisse, successu temporis, hereditarium perpetuumque ius obtinuisse, verosimile est. Certe *Bexten saec. XI.* inter curtes dominicas referri videtur. (d) Dispersentur in duas vniuersitates, *Ambt Heerse* et *Barckhausen*. (*Ammacht, Ambacht, contracte Amt, latius, ni fallor, denotat vniuersitatem rusticorum, aut ciuium, iuris aut commodi communis sub speciali aliqua directione fruendi causa consociatam.*) Illi interfunt *die Ambts Meyer*, h. e. villici maiores, *der Meyer zu Barckhausen, zu Heepen, zu Menckhausen, zu Wistinghausen*, huic Meyer zu *Bexten, zu Vinnen, zu Hundersen, zu Volckhausen*. Virique praeterea interfunt tum *medium genus, die Frey Meyers*, tum *infimum, die Sattelfreye*, ab equo strato, quem paratum Comiti extra territorium suppeditare debent, appellati, et ab illis, quae in catalogo equestrium praediorum describi solent, *Sattelfreye Hofe*, distincti. Differunt a secundo rusticorum liberorum genere, quod praedia nulli priuato, tanquam domino, obnoxia possident, neque ad operas rusticas vulgares sint obstricti, Comiti tamen extra territorium uecturas desideranti praesto esse debeant, et has villici maiores pro se quisque, ex mediis bini quique iunctis equis, praestare soleant. Pensitatio, quam soluunt, vulgo dicta *das Aufzugs Geld*, (e) libertati eorum haud nocet. Villici maiores ne quidem *venandi iure* destituuntur, quod alias rusticae genti commune non fuisse, ex antiquitate *venatica* notum. Nec videntur obstricti esse, vt nuptiarum contrahendarum veniam redimant, (f) contra ea eundem vestimentis sumtum impendere possunt, atque ciues in oppidis. *Amts- und Frey Meyers mögen sich den Bürgern, jedoch ohne*

- (d) V. LEIBNIT. *script. rer. Brunsv. III, p. 563, in vita Meinwerici.* Dicitur ibi *Bikeferbon*.  
 (e) Ita enim *Rec. Prov. 1651. artic. 9. Wegen der Vrkund oder Aufzugs Gelder ist beschloffen, daß hinfübro von dem Amts Meyer 2. von dem Meyer 1, Halbspänner ein halb. Thlr. Köter ein viert. Thlr. von den Häuslingen aber nichts genommen werden soll.*  
 (f) *Vid. ordin. eccles. c. 15. §. 19.*





ohne *Vebermaasse gleich halten.* (g) Conuiuio etiam adhibentur villici maiores, quoties iudicium a *Gograuio* exercetur. Neque defunt vestigia iudicii particularis, *Ambding*, quod villici, ad vtramque vniuersitatem *Heerse* et *Barckhausen* pertinentes, adhuc saeculo XV. habere consueuerunt, *coram quo causssae leuiiores de iuribus praediorum* disceptatae fuerunt, pro more eius aevi, quo id genus iudicii rusticorum singularibus Germania abundauit. (h) b) Alia est ratio rusticorum, plena personae libertate, minus pleno fundi dominio, fruentium, seruituti Germanicae quondam obnoxiorum, postea manumissorum. Eo numero colonos, *St. Viti Frejen*, praedio *questri Iggenhusano* adscriptos esse, arbitror: quorum libertas, personalis diutina lite cum *Abbate Corbeiensis superioris saeculo*, non diminutis, quibus etiamnum obnoxii sunt, oneribus colonariis, euicta fuit. (i) Sunt etiam in hoc C. *Hagenfreye*, qui olim iudicium *das Hagding*, alibi quoque non inulitatum, exercuerunt. Cum in his praediis vsusfructus Germanicus rusticis competat: facilis ex eo ad ipsorum successionem hereditariam est collectio. Huius tamen diuersam in filiis esse rationem, obseruamus; cum e. g. in praefectura *Varenholtziana*, *Hornensi*, natu maior minorem, filii filias, in praefectura *Schottmariensi* natu minor maiorem, excludant. Prole non extante praedium coniugi superstiti cedit. *Ordinibus Prov. ius pignorandi rusticos, ob pensiones non solutas, temperatum in Rec. prov. a. 1675.* asseritur. Plura de hoc argumento expetentium sitim prae caeteris restringit *III. STRVBIVS* in doctissima commentatione *de iuribus villicorum.*

Sufficiant haec, cum non pertexendum nobis sumferimus systema iuris Lippiaci, omnibus numeris absolutum, sed colligere voluerimus materiam illi, si velis, concinnando, opportunam, non ingratam, vt puto, iis futuram,

(g) *Ordin. Polit. a. 1646. tit. 9.*

(h) Vid. *III. PVFENDORF de iurisd. Germ. III, 2, §, 19.*

(i) Vid. *de LVDLOF. obs. Cam. part. I. obs. 259.*





ram, qui, quantum in iure Germaniae vniuersae con-  
 texendo, vberiori singularum eius partium notitia indi-  
 geamus, quotidie experiuntur. Quo nomine si quam a  
 L. B. gratiam incamus, eam amicis quibusdam, hu-  
 ius consilii nostri adiutoribus, publice rependimus.  
 Non patitur religio viri probi, aut boni ciuis, cuiquam  
 detrahere. Quare, si quid diximus, quod in suam  
 fraudem quisquam, contra animi nostri sententiam, in-  
 terpretetur, vel a nobis erratum esse animaduertat,  
 id vero indictum esse velimus: qui nocere nemini,  
 prodesse, quantum licet, cuiuis, et vti errare, in opere  
 praesertim difficili, humanum, ita in errore mani-  
 festo non perseverare liberale, arbitremur.

*Tantum.*

EMENDANDA.

§. IV. p. 12. lin 16. post *inde XVI. l. medio.* p. 25. lin. 5.  
 verbis: SIM. HENRICI adde: a. 1694. et haec verba l. 6.  
 dele. p. 48. lin. 21. adde haec: Quae caerimonia re-  
 centiori aetate aliquoties in iuratam promissionem, con-  
 fulibus, ante homagium ciuitatis, a C. R. in aula, con-  
 ceptis verbis, factam, membranis deinceps signa-  
 tam, conuersa fuit. §. XXI. p. 54. l. 11. leg. § fl. aureos.






(x225 7030)









*Vol. Vn. 29.*

*113  
1762, 1.*

SELECTA  
AD ILLUSTRANDUM  
**IVS PVBLICVM  
ET PRIVATVM  
LIPPIACVM**

*AVSPICIIS*  
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI  
**DN. FRIDERICI**  
HASSIAE LANDGRAVII PRINCIPIS HERSFELDIAE  
COMITIS CATTIMELIBOCI DECIAE ZIEGENHAINAE  
NIDDAE SCHAVENBURGI ET HANOVIAE  
RELIQVA  
RECTORIS ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMI

*PRAESIDE*  
**FRIDERICO WILHELMO  
PESTEL P. P.**  
AD D. VI APRILIS MDCC LXII.  
*PVBLICAE DISQVISIONI*  
SVBMISSA DISSERTATIO  
**CHRISTOPHORI FRIDERICI BERNHARDI  
CRONEMEYERI**

HORNA LIPPIACI.  
RINTELII TYPIS IOH. GODOFR. ENAX A. T.